Medicina pauperum ac ... de venenis ac eorundem alexipharmacis opusculum / [Jean Prevost].

Contributors

Prevost, Jean, 1585-1631

Publication/Creation

Frankfort: J. Beyer, 1641.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/bqxnnam8


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org














The Library of the Wellcome Institute for the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY


OF


LONDON

DEPOSIT

Accession Number

Press Mark PRAEVOTIUS, J. - 65707 /A XII







INTAYTE

Theologorum Philosophorum & Medicorum in samigeratissum in sam

S. P.

Vm nefas sit ac piaculu, Nobilissima Germano Ma Germano PECTORA, Clarissimorum, qui unquam literis sloruêre, virorum lucubrationes, vigilias & indefessa, quibus fragilitati humana consulere ac publico prodesse bono voluêre, invidia nebulis obvoluta

acabsconditastudia, luce privare communi, ac, ne nobiles immortalitatis ferant fructus, putredini deferre tineisque corrodenda devovere, operzpretium duxi amicorum petitionisatis esse faciendum, ac Excellent. & Cl. Viri D. D. Ioannis Fravotij Rauraci P. P. Patavini præmatura morte extinctias ad celestia avocati, Medicinam Pauperum posthumam cum annexione acutissimie jusdem ad Nobilem Venerum dati & communicati Venenorű eorundemq; alexipharmacoru census, à pluribus hactenus desiderantissimè expectata opuscula à mortalitate meis impensis vindicanda, quæ, quantum utilitatis in sehabeant recondita, illorum, qui praxi me-

tel

medicæ sedulam navant operam, elucebit testimonio, Exoptandum quidem esset, ut tanto viro ætatis flore gaudeti ultima pepercisset rerum linea, quò plura sedulitatis suæ fincera semina in agro medico exsparsa afflicto microcosmo ferre fructus potuissent; Deo tamen omnis boni autori gratiæ pro his & alijs agendæ, que forte brevi subsequentur ejus posthumis. Cæterum quod sub Illustrissima Nationis Germana nomine hecipsa typis evulgada decreverim, factuid non solum ob præclarissimam Excell. autoris famam, cujus vos memoriam colitis, ejusque sinceri Germani candoris icon vestris impressus hæret candidis mentibus, verum eti-

料

am impulitme tum Excellentissima Nationis gravitas, apud exteros authoritas ac constãtia, &, quæ omnibus nationibus palmam præripit, animi candor, ut non immeritò à serenissima Republ. Veneta séper maximo in honore eafdem ob virtutes habita fuerit, ab eademque singularissimis præreliquis ditata & adaucta privilegijs, tum etiam amoris reciprocatio ac debita mea, qua me Inclyta Nationi vestra, (exeo quo in Italia & præcipuè Venetijs vixi tepore,) obstri-Histimum confiteor, observatia, quam cande cu amore debito depingere licet non potuerim, adumbrare tamen noi destiti, quod ut serena fronte pro summa vestra innata humani-

V.V. D.D.

623

100

13.

DÓ

旧道

alle

Observantissimus

Ioannes Beyer.

UTILITATE LIBELLI

rigebat Inyeauuritor Mæno-Francofurti Ioannes Guilielmus Dochstatt/Phil. & Med. Doct.

Quo

Qpusculum de se ipso loquens introducitur.

Aupertas, plebs, gaza, lues, contagio, labes Et fugiunt, laudant que meos diffulfa, levata, Conatus, quibus & fludeo prodeffe, nocerea Insigni fiudio:rem miram, candide dices Lector? subjecto tribui contraria eidem Tempore, parte, loco, quondam Stagitita negavin Ijsdem posse simulique cum senteutia mente Firma din Beterit, viz eft, evertier armis His ut posseputem. Sunt omnia falva! quiescel Paupertas, prety nimy quod mole levatur Pendendi Medicaminibus multa arte parandu, Melaudat; fugiuntq; lues, contagio, labes. Vi quando herbarum, propulfantura, fuganiura Et Machaonio gaudet folamine, morbu Plebs pulsis, reficitg, novo medicaminis artus Viribus exhaustos fomento, robora reddens Priflina corporeis venis: en divite gaude. Hoc gromo-condo: quo vix felicior alter Obtigerit, morbi triftes (uperare dolores, Hem tibi! gaza datur, facili, mercabilis are, Tradens Hippocratis, Medicorum Principia artem In mucleo, muclemm: foliciter utere, falve!

DE

DE MEDICINA PAV-

PERVM:

SIVE,

De Medicamentis facile parabilibus.

Vicunque medendi arte claruerunt, atque ex humana salutis custodia, magnam sibi apud omnes gratiam compararunt, prima existimation is sue fundamentain pauperum tabernis jecisse videntur. Cum enim duo pracipue medicum commendent, curandi peritia & eximic in agros charitas, sine qua vix esse potest aliena calamitatis tanta commiseratio, qua ad ferendum auxilium anxiè quemque sollicitet : utrumque est ejusmodi ut divitibus atque Principibus facile probari non possis medicus, nisifrequentipauperum medi-

medicatione se talem esse prius ostenderit: Nam quibus resilla omnes affluunt, quarum penuria vitam reddit alijs minus caram; suspecta est mederi incipientium peritia, que multis experimentis ac praclaris eurationibus popularium hominum testimonio evulgatis noninnotuerit: jsque solus non agrèpersuadebit divitibus ad quos accersitus fuerit, se morbi & non proprij commodi, lucrique causam seriosuscepisse, qui multis egestate pressisstrenuam operam aliquando navaverit, atque illorum confuetudine humaniter cum agris agere didicerit. Qua causaest cur medicam artem addiscentibus atque exejus professione famam commodaque urgentia querentibus illud inprimis cura esse debeat, ut bene. medendi pracepta acri studio cogritas

数

颜

gnita, infima sortis hominibus ægrotantibus applicare sciant, indeque primasartis exercitationes feliciter auspicentur. Qua invenon parum obstat mediciconatibus fortuna tenuitas, qua non modo idonea ad tuendum agri naturaque robur, alimenta, sed etiam accommodata ad sanationem medicamentacompararisape vetat, adeo ut ex pharmacopolarum officinis nihilpeti possit, ne levi sumptu grave paupertati vulnus infligatur, novaque miseria ad priorem fiat accessio. Providit tamen natura liberalitas pauperum necessitatibus, multasque medicamentorum materias, que & ubige locorum obvia sunt, & levi artificio praparata ad omnemufum aptaripossunt, in quibus non minus exercitatum debere esse medicum,

A4

acinijs, qua divitibus conveniunt, scribit Galenus 6. de compos. medic. per loca c. j. præsertim cum obvia illa remedia non tam utilia sint pauperculus, quam necefsaria divitibus iter facientibus, si forte proculaburbibus & pharmacopaorum frequentia atque prasidioin morbumineiderent. De his ergoremedijs qua latinis facile parabilia, Gracis Sinders a disuntur prasens erit hac tractatio in duas divisapartes, quarum alteramateriam obviorum medicamentorum omni agritudinum generi conferentium exhibebit. Altera modum oftendet singula expedite abfque labore & sumptupraparandi quando sincera usui esse mon potuerunt.

MA-

MATERIÆ

Medicamentorum facile præparabilium

PARS PRIMA.

N recensendis medicamentis facilè parabilibus convenientisimus est ordo executionis remediorum methodo inventorum, ut sciat unusquisque expedite proferre materiam, principio aut progressu curationis eligendam. Cum igitur remedium a causa morbiindicatum, inventione quidem ultimum, sed executione fit primum, atque ante omnia causa tolli debeat, ut tandem morbusexpugnari valeat.7. meth. cap. 12. Primű locű jure merit dibivendicab it medicamenta causæ morbificæ a dversantia, que varia sur pro variet ate cat Mae causa. Alia enim materiam copica peccantem minuunt, vacuantques: Alia deficientem augent: Alia pratvam ejusdem qualitatem corriguutt alia intempestivum motum inhibent: aut vitiosam quieté ad naturate lem motum revocant, alia denique causas toto genere præter naturam & substantia, ut ajunt, peccantes exetirpant.

AVacuantibus exordiendum, eo que magis, quod pauperes ob victum pravitatem pluribus abundant externentis quam divites: ac proin en cacochymia frequentius morbos im currunt, quamex plenitudine.

fibiliterevacuant per alvum, per vo mitum, per urinas, sudorem, spur tum, palatum, nares; alia insensibilitand liter digerunt, & in halitum vertunt

quibus in curatione locus est, duntaxat post sensibilem evacuationem.

**

VA

D.Ioannis Prævotii. 15 VACVANTIA PER ALVUM.

Horum alia respiciunt impuritatem primarum Viarum, neque ultra mesenterij vicinam regionem vires suas exerunt, & lenientia dicuntur: Alia secundam & tertiam regionem corporis expurgant, purgantiaque & catarctica appellantur.

Alui lenitio sit assumptis per ost injectis per clysteres & suppositis

glandibus.

isti.

Quæ assumuntur per os duplicis sunt generis; alia enim ventrem strenuè laxant, indeque excrementa educunt: Alia debilius agunt, quibus præcipuè utendum est ad lubricam alvum detinendam, ne excrementa naturalia primæ coctionis nimis diu retineantur.

STRENVE LAXANTIA in causa biliosa.

Serum lactis depuratum bibitum à 16.

attij. ad viij. intervallo unius horæ: fit autem efficacius dissoluta im primo cyatho salis communis 31.

Aqua hordei non decorticati præfertim decocta cum passulis & prunis à to ij. ad vj. pota spatio semihoræ.

Viola purpurea recens succus abo Zj. ad Zij. cum cyatho aquæ hordeaceæ vel fontanæ.

Rosarum pallidarum succus co-

Cucurbita sativa succus leviter coctus cum quarta parte mellis &: pauxillo salis communis ab Ziij. adl Zv.

Hæcomnia corrigantur maceratione absynthij; si debilem ventriculum contingat bile repleri.

Succus eichorei depuratus ab Ziij.

Oleum commune bene maturum cum triplo aquæ fontanæ coctum ad humiditatis consumptionem ab Ziij.ad Zvj.per se bibitum præcipue in cardialgia.

Ce-

Cerafi aut Persici flores recentes

ad P. j. in acetario sumpti.

Rose moschatæ Num. iiij. in acetario sumptæ maximè si rote adhuc madeant.

Pruna dulcia Num.xij.levicer co-

Caexaquamellis.

nie!

Potest ex prunis parari rob instar sapæ, exigui sumptus & admodum gratum, quale sequens.

Be Prunorum dulcissimor. 15. j.

Siliquar.dulc.incis. Ziij.

Aq. font. vol. Vin. alb. Subdule.

th. iii.

F. decoctio lento igne, done cmateria utcunq; inspisse turtu per setaceum trajiciatur, rursusq; bulliat ad
consistentiam sapæ, cujus exhibeatur pro justa purgatione zis. circiter vel sola, vel cum cyatho aquæ
aut juris: potest ulteriori decoctione inspissari in formam electuarij,
pro illis, qui tantum bolos assumut,
sed addenda est quarta pars mellis,
ut aliquamdiu servetur incorruptum, & datur ab zj. ad zis.

18 MEDICINA PAVPERVM

LAXANTIA IN CAVSA pituitofa.

Saq. coriandror.

Saccharifini Zis. usque ad Zijeon

dem modo propinati.

Mulfaplena non cocta ab Zviiji circiter ad ib. j. Corrigenda est ejun flatulentia sem. fenicul. Anis. aut Corriand.

Vinum dulce cum 3. parte mellii crudiab Ziiij. ad Zviiij. additis quo que semin. odoratis, ne ventrem dii stendat.

Fanugraci decoctum cum quanta parte mellis veletiam solum cum sale ab Ziiij. ad vj.

Mercurialis olerum more esa cco

dita oleo & sale.

Sic & prodestejus decocum a

Ziiij.ad vj.addito sale.

Hyssopi utriusque puluis à Zij. an iiij. cum oxymelite; vel ejus decoco mensura. j. circiter data sola ve cum oxymelite.

Tan

D.IOANNIS PRÆVOTH. 19
Tartari crudi puluis à 38. ad 3ij.
ex jure galli vel mulsa, vel decocto
hyssopi aut polij.

Resina larycina illota à Ziij.ad Zv... pro adultis, in pueris à Zj. circiter in

forma boli vel pilular.

Inhuncfinem pararietiam potest oxymel laxativum essicax in hunc modum

By Mercurial. spicat. seu famina

M.y.

Absinth.communis M.j.

Mellis to.j.

Ag. fontan. tb.iij.

Bulliant lento igne ad perfectam consistentiam mellis, dein adde

Hyssopi Poly an. M.j. Acet. opt. 15.S.

Iterum bulliant ad consistentiam oxymelitis & F. Colatura. Dosis ab Ziij.ad Zvj.per se vel cum jure.

Sunt quoq; obviæ & exigui sumptus pilulæ de aloëlota, quæ dantur à dj. ad Zij. circiter, & scribit Garzias

ab-

ab horto, si folia aloës incisa coquatur cum modico sale, eorum decoctum ad zviij. circiter alvum quaterr aut quinquies innoxiè subducere.

LAXANTIA IN CAVSA melancholica.

Fumaria in umbra siccatæ pulviss ad Ziij. eirciter ex mellicrato.

Ziiij. circiter per se vel cum sero de-

purato aut jure galli.

Valet & ejustem decoctio ad M.
j. additis præsertim passulis & momentosalis.

Tartarum modo antea præscripto usurpatum.

Ejusdem eremor datur à 3j. ad

Ziij. cum jure velalio liquore.

Ex Tartaro & momento folior. senæ Alex.stimuli gratia sit pulvis efseax & gratus hac ratione

Vel. Cremor. Tartar. Zis. Fol. sena. Dj.

Sem.

Back.

D.IOANNIS PRÆVOTII. 21 Se. Anis. vel fænic. vel. Cinä. II. Sacchar. ff. 318. M. F. pulvis proj. Doss.

ALVUM MOLLIENTIA.

Is quæ no strenue laxant, utendum est potius ad impediendam retentionem naturalium excrementorum primæ coctionis, qua ad alias necessarias & citas evacuationes: Sunt autem hujusmodi:

ALVVM MOLLIENTIA IN causa biliosa

Sequentes herbæ olerum more Scoctæ, & earum decoctiones valent; Scilicet Acetosa, Atriplex, Blitum, Lactuca, omne genus Lapathi, Malva ejusque cauliculi, Spinachia.

Hæ herbæ magis emolliunt decoctæ cum passulis in jure pingui vel conditæ multo oleo & tantillo salis.

jure & conspersa saccharo.

22 MEDICINA PAVPERVM

Cerasorum item succus cum mellle inspissatus ad j. vel ij. cochleariza vel per se sumptus vel cum jure.

Mala perfica cocta & saccharco

conspersa.

Poma dulcia co cta.

Passula corynthiaca acinis carent tes & quacunque similes vel per se sumpta, vel macerata in sero deputrato donecturgeant, vel decoctar ex vino albo vel jure & saccharo conspersa b zi, ad zij. pro una vice.

Pruna dulcia cruda detracta exteriore pellicula vel cocta ex vino &

saccharo conspersa.

Ptisana cremor, præsertim exhordeo non decorticato paratæ.

Panishordeaceus;

Oleum bene maturum copiosum inferculis.

Horum omnium quéadmodum & sequentium præcipuus usus est irn prima mensa, aut jejuno adhuc stomacho, duabus circiter horis antee cibi sumptionem.

AL.

D. IOANNIS PRÆVOTIL.

ALVVM MOLLIENTIAIN

causa pituitosa.

A Sparagi maxime petræi germen coctum, conditum oleo & sa-le.

Avena farina in ferculis ac pul-

Brassica sativa, magis autem crispa, leviter decocta, condita oleo & sale.

Ejusdem bene coôtæ primum jus dicta ratione conditum.

Ejusdem succus expressus ab Zij.ad Ziiij.ex jure bibitus.

Beta eodem modo usurpata; candida censetur efficaciter nigrâ & rubrâ.

Calendula folia decocta oleoq; & sale condita.

Cicerum atque lentium primum jus cum oleo & sale.

Ius piscium quorum cum que sali-

Fiem recentes bene maturæ.

24 MEDICINA PAVPERVM

Ficus passa num.vj.aut vij. maceratæ in lacte aut vino dulci donec

turgeant.

Alij verno tempore caricas sternunt rosis pallidis recentibus quas frequenter mutat spatio 14. dierum atque in dolio compressas recondut ad usum: dantur duæ aut tres in prima mensa.

Inglandes recentes vel in desectu harum siccæ in aqua donec mollescant maceratæ cum sale comestæ.

Panis furfuraceus aut similagineus sit esticacior additis passulis & sena Alexandrina.

Furfur ipsum cum jure coctum. Siliquarum decoctum.

ALVVM MOLLIENTIA IN causa melancholica.

CApparis fructus sale conditus leviter coctus, comeditur in accetarijs cum oleo & aceto.

Lupuli turiones, id est, prime germinationes elixi & conditi oleo & sale; D.IOANNIS PRÆVOTII:

sale; solvunt essicacius si superbibatur eorum decoctum.

Uva dulcis recens quæcunque sed magis rore adhuc madens, pensilis est inessicacior.

Vinum dulce propotu.

Condimenta ex sapa & defruto, id est, leviter cocto musto.

Huc etiam referuntur pruna & passulæ, maximè in melancholia adusta.

Fit acetum pro acetarijs condiendis ad tenendam alvum lubricam hacratione.

> Be Tartar. crud. 3j. vel Cremor.tart. 3s.

Fol. senæ. Ziij.

Cina. electi vel. sem. anis. 3j.

Aceti acerri. to.j.

F. infusio per diem naturale, serveturacetum ad usum.

Acetum quoq; passulatum in quo Tartarum per noctem infundatur est non inessicax.

B

CLY-

CLYSTERES LENIENTES.

Extemporanei & vilissimi clysteres intestina expurgantes parantur ex juris carnium to. j ol. olivar. vel sem. lini, recrementi Sacchari an. Ziij. salis comunis Zj. M.

Vilior & magis abstergens siet ex aquæ salitæ naturalis marinæ aut thermalis th.j. & ol. communis Ziij.

Vel R. Decost. Mercurial.malv. beta. Furfur. 15.j.

Suc. brassica vel mellis vel suc. beta. Zij.

Salis communis 3j. M. pro clystere.

Si opus sit emollitione insigni vel augeatur quantitas olei ad Ziiij. & vj.vel oleo omisso augeatur quantitas decoctionis factæ cum multa malva, Althæbranc. Urs. & fortiter expresæ.

Refrigerandi vim, si ca sit opus, tribuent folia violæ purpureæ, parietariæ & hordeum additadecoctioni. D.Joannis Prævotti. 27
Silanguida sit expultrix dupliceturaut triplicetur quantitas salis.

GLANDES LENIENTES.

I Rritant leniter alvum adexcretionem suppositoria ex Zj. mellis aux recrementi sacchari ad duritiem cocti addito salis tantillo, si langueat expultrix.

Pariter ex radice betæ aut raphani in debitam formam redacta oleoque aut butyro illita cum vel sine

Tale.

Idemq; præstat truncus brassicæ.
Ex sicu inversa etiam siunt suppositoria oleo illita & sale aspersa.

Ex Sapone, candela, lardo in glandisformam concinnatis oleoq; aut

butyro illitis.

PURGANTIA PER ALVUM.

Quæexcrementa trahunt ad vétrem ex remotioribus partibus, catarctica & purgantia dicta, licet sinceros humores vix evocent sed magis permixtos; sumunttamen denominationem ab excremento B 2 quod

28 MEDICINA PAVPERVM

quod efficacius movent, qua ratione reduci possunt ad quatuor classes pro varietate humorum, qui purgatione educuntur, nempe ad purgantia bilem, pituitam, melancholiam

& aquositates & ichores.

Horum fingula facilioris distin-Aionis gratia rursum partire licet in Benigna, quæ elementer ablq; torminibus & à locis jecori circum jacentibus expurgant: Et in Strenua, quæ à locis remotioribus & vena cava non fine labore vacuant: in Valentissima seu surentia qua à remotissimis partibus trahunt, ac nisi probè corrigantur maximo cum conatu viriumq; dispendio opus sum peragunt. Cum hacenim distinctione facile erir unicuique deligere purgantia, pro diversitate situs & loci affecti, majori aut minori resistetia, humoris evacuandi viriumque fortiorum aut debiliorum tolerantia.

R(2)

Ergò,
Bile Pradominante conveniunt
pro

D. Ioannis Prævotii. 29
probenigna evacuatione dulcamatæ Lignum decoctum ab Zj. ad Zij.
cum portione sem. anis.aut senic.

ficeatus & potissimum ineunte vere ad Diiij. Corrigitur sem: aromat: & exteriore corrice nigro ideo simul exiccatur, decoquitur, teritur.

Rhabarbarum Monachorum sive:
Hippolappathi Matthioli radicis exiccatæ pulvis datur à Zj. ad Zjis. ex jute calido cum granis v. vel vj. zinziber. authystopi:-

Viola purpurea in umbra siccatæ pulvis à 3j. ad 3ij. cum jure cicerum aut pisorum modice coctorum.

Convolvulus major Matthioli decoctus à M. j: ad ij. Corrigitur stomachum, astringentibus, maximes myrtho, rocemarino & cypero.

SRTENUE PURGAT

Centaurium minus in decoctione a zij ad ziij. circiter in zviij... aquæ ad consumptionem medieta-B 3 tis: tis addita liquiritia vel passulis ad corrigendum amarore, datur pulvis ad 3j. circiter ex decoctione pruno-tum vel passularum præsertim ex aqua hordeacea.

Gratiola siccata pulvis daturad 3j.
ex vino aut jure alterato stomachi-

cis.

Recens decoquirur à Zis. ad Ziij.

additis præsertim cichoraceis.

Peply pulvis ad Diiij. circiter bibitus ex mulsa cui instillatum sit modicum aceti.

VALENTER PURGANT Periplocarecentis succus in umbra siccatus.

Idem præstat & Scammonium, corrigitur cotoneo aut sumo sulphuris; qui modus nuperrimè inventus satis blandum reddit medicamentum & omnis saporis expers:
extenditur autem alterutra materia
crassè trita super chartam bibulam
& insubjectas prunas conjicitur sulphur pulverisatum, ita ut charta su-

per-

perjacens fumum accipiat, cum maresialiquari incepit, removetur & servatur ad usum. Hac ratione tutò datur scammonium à gr. v. ad xv. Præparati autem cum cotoneo sufficiunt ad summum g. x. datur ex liquote cenvenienti vel formatur in bolosaut pilulas.

Ex dictis varia componi possunt extempore medicamenta purgantia, de quibushoc in universum notandum, faciliorem reddi purgationem si purgantia misceantur cum lenientibus sui generis, quod de omnibus alijs purgantibus proportionaliter est intelligendum. E.g.

Potio cholagoga ex tempore sic

parabitur.

Be Passular-31. Prunor. dulc. par. iiy. Gratiola vel centauriminor. Zij. Sem.fenicul. 31.

Aq. Horde. vel Comm: 3viij. F. Decocio lento igne ad consumptionem medieratis & facta colatura exhibeatur pro potu.

32 MEDICINA PAVPERVM

Si bolus eligatur,

Rad. Hippolappath.pulv.zj.
Flor. Centaur. min. zß.
Pulp. passul. ab acin: mundat.
vel rob. prunor. inspissat. zvj...
Zingib. gr. vj.

Misc.F. boli.

Si in stomachum ab omni medicamento abhorrentem incidas, efficies pruna solutiva vel passulas aut caricas si in propositis decoctionibus bilem trahentibus tamdiu macerentur dicti fructus donec turgidi evadant, unde pro evacuatione sufficient pruna vj. caricæ iij. autiiij. passular. ZB. usque ad Zj.

Fructus ad aliorum humorum expurgationes, mutata liquorum purgantium, quibus infundendi sunt,

marcrià.

PITVITA PRÆDOMINANTE. benigne vacuabunt

A Garicus infusus per noctem in quo.

D.IOANNIS PRÆVOTII. 33 quo præmaceratum sit zingiber vel hyssopus, Thymus aut alia similis herba calida & acris, deinde siccatus, uti vulgo sit agaricus trochiscatus, datur in pulverem tritus à 3 s. ad. 3 in pilulis bolo & potu ex oxymelite: Maceratur autem à Diiij. ad. 3 sij circiter præsertim in mulsa.

Asarum Matthioli purgat quidem secundum omnes sui partes, radice tamenest essicacior, datur pulvis à 3j.ad zij. cum oxymelite aut mulsa.

DEPO

Die.

circiter datur emulsio ex mulsa, vino potenti, aut jure, corrigitur calesacientibus & substringentibus stomachum, uti spica, cypero, rosmarino &c.

Rhamni catarclici seu spinæ infectoriæ baccarum succus, quo bibliopolæ librorum tegmina suteo colore tingunt. Datur in substantia à Ziij. ad Zvj. Corrigitur odoratis herbis, seminibus aut aromatibus maxime zingibere.

B 5

Ulmi

MEDICINA PAVPERVM

Ulmi crassior cortex in pulverem tritus à Zij. ad ZB. circiter ex vinco vel mulsa vel decoctione hystopi.

Radix cava sive fumariæ bulbo-sæ radix in umbrasiccata, datur im substantia 3j. pulverisata ex liquore convenienti.

Plante maxime sem. decorticatas

devocantur Num. xij. ad xx.

Circiter vel sola vel cum nucleis pini, velbibitur etiam eorum cremorex vino.

Ex Rhamno dupliciter componitur syrupus gratus & pro pauperculis asservandus hoc pacto.

By Suc. baccar. spina infector. depurat. to.ij.

Mellis despumat. H. ij. S.

Coq. lento igno ad syrupi consi-Rentiam, F. rariore linteolo colatura, postea calenti adhuc colaturæ

Be Cinnamo. el. pulv. Ziij. Zingib. Ziß.

Misc. & serveturad usum.

Vel. Be Dictisnecipercolatie per

D. IOANNIS PRÆVOTII.

se decocti ad 4 partisconsumptionem to.j.

Mellis despumati Žviij.

Coq. una ad consistentiam syrupi. Coctis jam & remotis ab igne in-

jicito pulv. Cinam. Zij.

Uterque datur ab zj. ad ziß, disfolutus in vino aut jure Carnium vel decoctione hyssopi aut polij vel thymi.

STRENVE PVRGANT

Furpatur cortex maceratus in aceto rosaceo vel cydoniato & siccatus servatur adusum: Si desenthæc aceta, alteratur acetum vulgare aliquo stomachico frigido astringeti uti rossis, fructibus berberis, balaustio, cotoneo. Capreolis vitis, slor: labrusce, myrtho. Datur in substatia in pulverem tritus à gr. vj. ad xx. Maceratur à Dj. ad v. circiter ex vino vel Mulsa.

Esula Veneta radicis cortex ea-

dem præstar eodem modo præparaa tus & exhibitus.

Genista hortensis, quam Hispanii cam vocant, solia & semina dantui in substantia à zj. ad zij. in insussione a aut decoctione à zij. ad zs. Corriè de gitur vino aromatico vel alijs stormachicis odoratis.

dem præstanteodem modo exhibitæ.

Hermodactylus vulgaris seu Colchici Dioscoridis radix eruta priusquam storeat & præcipue post exortum soliorum, non patitur ullami insusionem aut decoctione. Datur pulvis a Dij. ad Zij. in pill. Tabel. bolovel per se in potuex vino & jure, acui debet vis illius iners aliquo acri ut zingibere, hystopo, thymo. si placet etiam addere alexipharmacum corrigens ventositatem, uti intervulgaria sunt rutæ, & rutæ caprariæ ac angelicæ sylvestris radix, tutior entit purgatio.

Pseudo-

D.IOANNIS PRÆVOTII. Pseudonarcissi lutei sylvestris radix darur in substantia à Zij. ad Zis. ex vino aut jure, corrigitur stomachicis;

adoratis.

Uvataminia seu vitis nigræ Matthioli radix siccata, datur in decoctione à Ziß: ad Ziij: In substantia: in pulverem trita à 38. circiter ad Ziß. Corrigirur corrice aut sem. citri vel Arantior. velspicæ:

VALENTER PVRGANT

Bryonia asparagi ad M.B. olerumi modo cocti & sumpti.

Sucous germinum ejusdem à 3j. ad! ij.ex vinovel jureaut decocto hyssopi, origani, calaminthæ.

Placenta absinthy frixæ in oleo, per destillationem facto ex bryoniæ:

germinibus idempræstat.

Ejusdem radix siccata & decocta: à 3j. ad Ziij. circiter, in substantia à. Dj. circiterad Zj. ex vino vel jure: correcto absynthio vel alio stomachico

Com

38 MEDICINA PAVPERVM

Colocynthidis pulpa maceratur à gr. v. ad xx. Decoquitur à gr. x. circiter ad gr. xxiiij. corrigitur aliquo stomachico Emplastico, quodque sua lubricitate citiorem faciat decochionem, utimalva, sænugræco & sem. citri, coma: absinth. vel cinam.

Huc pertiner etiam vinum generosum (maxime Absynthites) quod per noctem in excavata colocynthide intabuerit.

Colocynthis pyriformis eadem præftat, sed aliquanto inefficacius ac

propterea in dosi fere dupla.

Chamelea potissimum tamen ejus folia decoquuntur à 3s. ad 3j. În substantia à gran. x. ad 9j. corrigitur absinthio & hordeo.

Thymelea idé prestateadé ratioe:

Laureola mas, quæ Matthiolo
Chamædaphne & fæmina quæ eidé.
Daphnoides appellatur idem faciunt, sed inefficacius. Decoquitur à
Zj. ad ij In substâtia à gr.xv. ad Dj. &
Dij. corrigitureadé ratione.
Ti-

D. IOANNIS PRÆVOTII. 39

Tithymalus quicunque, excepto latifolio, qui è prædominio serositates evocat; dantur multæejus partes; datur lac à gr. v. ad gr. xij. Ramuli & folia in substantia à 38. ad Biiij. Cortex radicis in substantia à biij. ad 3j. Maceratus a. à Biiij. ad Zij. circiter.

Exhisvaria componipossunt remedia, & vel extempore usurpari vel in usu reservari. Exempli gratia;

Potus.

Be Agarici prapar. Biiij.

F. infusio decoctionis hyssopi, Ziij.per horas x. Facta colatura adde exymel. Zis. Misc. propotu.

Vel, & Rad. Esula prap. Zij.

Fol. Laureol. recent. 3j.

Fol. Myrth.

Hyssopian. M.j.

Vini alb. odor. tb.ij. B.

Mell. despum. tb.j.

Coq. lento igne ad mediocremconsistentiam. postea adde

Sem. Anif. 3j.

Coriand. preparat 38.

Cinamom.Zj.

Bulliant iterum ad syrupi consistentiam F. Colatura & servetur adl usum. Cujus dosis erit ziß ad ziv.

PULVIS GRATISSIMUS.

Hermodastyl. à superior. corte mundat. Zj.

Tartar. crud. vel praparat Dj..

Zingib. gr. vj.

Sacch.ff. Zs.

Misc. & F. pulvis exhibendus ex-

BOLUS.

By Agar.prapar. Dij.

Tartar. ZB.

Cinam.gr.v.

Pulpa. caricor. vel passular. abs

acin.purgat. ZB.

Misc. F. Bolus.

PILULÆ.

Agaric.praparat an. diss... Zingib.gr.vj.

F. puly ..

D.IOANNIS PRÆVOTII. 4E F. pulv. & cum oxymel. vel mel-

le F. pilulæ.

Melancholia pradominante benigne vacuabunt, cuscuta decocta à Zvj.ad Ziß pro una vice, & corrigitur absinthio in hunc modum.

Herb. Cuscuta zj.

Com. Absinth.vulg.p.y.velzij.

Ag. Comm. zx.

Bulliant ad consumption. mediet.

addendo sub finem

Sem. fænic. aut Anis. ruditer

F. Colatura pro uno potu; si infra zs. decoquatur habet rationem medicamenti aperietis non purgantis:

Epithymiusus esse potest graciani, ubi oritur, incolentibus in substantia ad 38. ex sero depurato vellacte aut simili refrigerate in decoctione à zvj. ad ziss. sed moderate coquendum est; tarda ejus vis dejiciendi corrigitur acribus uti pipere, zingibere. Ejus loco alibi usurpetur thy-

mus

mus, cui facultas eadem inest, idee præparationis modus, nigri tamée Europa familiarior est usus. Album alterum quod in Syria oritur, est en sicacius, præstat tamen ejus decocaritur, est diluere alia melancholiam purgantia, cum tardè dejiciat, quam eo solutione.

Polipodiy radix in substantia à Zadiiij. ex jure galli aut cremore ptu sanæ. Decoquitur autem à Zvj. ad xan Corrigitur discutientibus slatus de subastringentibus ventriculum, un sem. citri, arant. coriand. spica Itaa sie lica.

Sena folia & folliculi in substanti and à 3j. ad 3ij. macerantur vero à 3ij. and 3vj. non serunt tamen decoction nem: corriguntur sem. odoratissimis alijsque status discutientibussimis alijsque status discutientibussimis hac maceratione Vinum Senatum, cujus datur semi cyathus velacd instam purgationem servata prædicta dosi, velad simplicem alvi lenitionem, si singulæ doses vini no plussimi tionem, si singulæ doses vini no plussimi

con-

D.Ioannis Prævorii. 43
contineant quam Zj. senæ per no-

Strenue purgant Consiligo Mathiol. quam Tragus Elleborum nigrum este censet, Dodonæus Buphalmum; eastdem habet vires sed
paulo invalidiores ac elleborus niget officinarum eadem ratione præmaratus.

Sannicule famina Fuchsij radix e-

præparationes.

Valenter purgant: Antimonium dejectorium, tale autem reddituz perna calcinatione cum duplo salis nitri igne non admodum vehementi, materiamque bacillo serreo continue agitando ne combutatur. Datur in substantia prò pueris à gr. iiij. ad viiij. pro adultis à gr. vj. usque ad xij. & in ijs qui difficulter purgantur ad gr. xij. & xvj. Datur ex quocunque liquore item ex cochleari panatellæ aut ptisanæ, facilius operatur additis aliquod granis cremonis. Tartar.

Elle-

MEDICINA PAVPERVM

Elleborinigri radix præparata: riæ autem sunt præparationes og bus reddi possir hoc medicami tum æque benignum ac Sena. W go infunditur radicis cortex acco generoso, deinde in umbra siccan ad usum. Datut in substantia à Dij. ij. circiter. Indecoctione à 3j.ad! circiter: In maceratione 38. Biiij. Corrigitur sem. odoratis pris cipue dauci & nymphææ tanqua proprio alexipharmaco. Si plate dum purgans reddere cupias, eoqui uti loco benignorum antequam en iccerur ad ulum, bulliar aliquan tum inaceto, sic enim multum viir um deperdet, vel cum decoquitte aut maceratur vulgariter præpara tum, abjiciatur primum decocum aut infusum & eidem radici novu liquoraddatur pro secunda infusio ne aut decoctione exhibenda.

Præterea ex Elleboro duplex præs paratur extractum, alterum alterco

officacius.

D. IOANNIS PRÆVOTII. rimum Be Rad. Elleb. nig. vino ablut. & a terra purgat. tb.j. Conscindantur & infundantur er diem naturalem in Vini alb. opt. tb.iii. addendo, Fl. Nymph. M. j. Sem. Danc. Zij. vel, rad. danci. F. circa finem levis ebullitio, ut adices mollescant atq; turgescant, um prælo exprimantur, succus per poletur & depuretur sensimque inpissetur lento calore, cumque melis crassitudinem acquisierint adde Mastichis 4. partem. Datur à 9 dimid. ad 9j. in forma pilulari aut bo-10. Secundum, quod est vulgarius; Re Rad. elleb. nig. siv. recent. sive ficcat. q.v. Coq. in Octuplo aquæ donec remaneat tertia pars, tum Radices forrissime exprime, expressionem adde decoctioni & utrumque per duplicatum colum trajectum simulinspissa.

spissa ad consistentiam mellis 42 dendo mastichis octavam partens succo jam inspissato. Datur agr. xi circiter ad 38. in pilulis aut bolo.

Lutivum, si radiculæ exiccatæ & pra paratæ pomo infigantur, pomum que sub cineribus cocum exhiber tur extractis radiculis; vel, si spatis diei naturalis sinantur radices pro mo infixæ, tumque abjectis radiculos pus pomum ero le dies radiculos pomum ero de dies radiculos pomum eros de dies radicu

bus pomum crudum edatur.

Denique sitex Elleboro oxymel au quicunq; syrupus solutivus, si radii ces una coquantur, maximam autem Decoctione sustinent; inest autem vis catarctica æqualiter sere elleboro nigro officinarum quem Matthiolus ellebor, nigrum slorce purpureo vocat & elleboro nigro herbaceum slorem gerenti, qui Matthiolo est pseudo ellebor, niger. Verum prior cum minori molestia purgat, quam posterior, qui propterea meliori indiget præparatione & minori dosi.

D.IO ANNIS PRÆVOTIL

Exdictis componi poterit syruus utilissimus & gratissimus pro auperculis asservandus ad expurandum melancholicum humorems oc modo

Re Rad. elleb nig.prapar. Ziij.

Herb. Borrag.

Lupulor.

Fumar.

Cuscut. an. M.j.

Mal. Citrior. infrust: dissect.

Ag. fontan. 16. v.

Bulliant lento igne ad consumpt. 5. iij. deinde abjectis herbis adde

By Suc. pomor. dul to B.

Bulliant iterum ad consumptioem medietatis, factà omnium fori expressione, colatura & clarificaione adde

Re Mellis despumat. tb. j.

Bulliant ad syrupi consistentiam.

Cujus dosis erit ab Zj. ad Zij.

Ex tempore verò talia componentur. E. G. Potus

Be Fol.

48 MEDICINA PAVPERVM

Be Fol.sena Ziij.
Sem.fænic.velanis.Zj.

F.Infusio per horas xij. in Ziiij cd coctionis Lupul. aut passular. Ziii & facta unica ebullitione & colatii ne adde oxymelit. simpl. (nemperate viarum apertionem & crassorum humor. detersionem.) Zj. Misc...l Potus.

Bolus potest præparari ex rempu

14 Folior. sen. pulveris. 3j.
Tartari

Sem. Anisi vel Cinam. an. Dj.
Pulpa.passul.ab acin.purgat.Zil

Misc. F. Bolus.

Pilula formari possunt tales

Rad. Elleb. nig. 918.

Sem. Dauci.

Cinamo. an. gr. vj.
Pulverisata subigatur cum oxymelite & F. Pilulæ.

Pulvis talispotest esse:

By Cre-

D. IOANNIS PRÆVOTII. By Antimon. dejectorij gr. viy. Cremor. tart. 9j. Cinam. el. Sacch an. Al. Misc. F. pulvis jure vel vino exhibendus. Vel, R. Fol. Sena. 3j. Tartar. Sacch.ff. Cinam. an. 9j. Misc. F. pulvis pro una vice. Serositate pradominante benione purgabunt Carlinaradix vel in pulverem trita ad 3j. ex vino absynthite aut oxymelite vel decocta à Zij. ad ZB. corrigitur sem.odoratis & absynthio. Herba mirabilis Hispanorum variegatum florem gerentis radix ad Zij. quomodolibet sumpta. Mercurialis sylvestris vel decocta ad M. is. vel olerum more cocta & comesta acoleo & sale condita. Iridis domestica purpureum florem gerentis radicis succus recens extractus & depuratus ab Zij. ad 为111。 30 Medicina Pavpervm Ziij.condensatus à Zij. ad ZB. potissimum ex vino absinthite.

Strenue vacuant Anthoræ radix derasa à Dj. ad Dij. ex jusculo aut vino sumpta non eget corrigente.

Cucumeris asimini radix siccata in substantia à gr.xv. circiter ad 38. maceratur crasso modo trita à Bij. circiter ad Bv. Decoquitur à Zij. ad 38. corrigitur stomachicis, sed utilissime omnium exhibetur infusa p nocté in vino generoso absinthite.

Ebuli quatuor germina quatuor foliolis constantia, in vino aut jure cocta olerumque modo sumpta.

Ejusdemradix macerata in vino à

Zij. ad iij.

Zv. ad Zj. ex vino potenti vel jure correcto absynthio.

Ejusdem seminis pulvis à ZB. circi-

ter ad 3j. ex eodem liquore.

Succusejusdem cum melle inspissatus ad consistentiam sapæ ab 38. ad 3j.per se vel ex vino aut jure.

Sam-

D.IOANNIS PRÆVOTTI. 51

Sambucus idem præstat, ijsdé modis preparatus, nisi quodradicis cortici major inest vis purgandi quana alijs partibus.

Lactuca sylvestris succus à Ziij, circiter ad vj. cu melle aut oxymelite aut vino dulci correcto Absynthio.

tall

SER.

HO

100

Ricini vulgaris semen decorticatum: datur emulsio à 3j. ad 3iij.cum vino aut jure pingui correctoaliquo aromatico: maceratum vero velleviter contusum à 3iij.ad vj.

Soldanella seu brassica marina in decoctione ex jure pingui à M. j. ad ij. eduntur quoque cimæ, ut ait Plinius, vel teneriora germina olerum more cocta, corrigantur stomachicis.

Ex hac planta fieri potest rude extractum ad usum asservandu & gratum, si foliorum succus exprimatur, depuretur, codensetur cum maceris & mastichis quarta parte in pillularum massaformetur vel si inspissetur C 2 cum 52 MEDICINA PAVPERVM cum quatta parte mellis & octava

parte succiabsinthij. Cujus dosis e-

rità 3j. ad Zij.circiter.

Vuis alba (quæ Matthiolo est tertia clematidis species) radix decocta ad Zs. circiter in vino pari aqua diluto, corrigitur stomachicis temperatis scil. coriand. aut myrtho.

Valenter purgant Ricinus Americanus à gr. B. ad gr. j. seu semen maceratur per noctem in vino, vel bibitur seminis emulsio ex jure.

Granum Dendæ Avicennæ, quod circumforanei passim vendunt pro Ricini Americanisemine, eadem præstat ac Ricinus Americanus.

Cataputia semina si majora sint à gr. vij. ad x. Si minora, ab viij. ad xv. vel redacta in pil. aut bolos cum caricisvel emulsa ex hydromelite, ventriculo valde sunt infesta, ideoque superbibendum jus alteratum abfynthio, & sem. citri vel Arantiorum.

Tythimalus, Platyphyllus secudum omnes

D.Ioannis Prævotii. 53
omnes sui partes exhibitus modo &
quantitate dicta de alijs Tythimalis
valenter expurgantibus pituitam.

Ex dictis potest præparari jucundus ac vilis syrupus ad usum reservandus qualis.

Rad. irid. domest. recent. Ziiij.

Cucum. asin. in umbra siccat. Zij

Herb. Absinth, pontic.

Origan. an. M. j.

Vini alb. odorif. Ibij. S.

F. Maceratio per horas v. postea bulliant lentissimo igne ad consumpt. tertiæpartis.F. Colatura:adde postea

Mellis despumatito j.

Bulliat iterum ad consistentiam dilutioris syrupi, addendo sub si-

Cinamo. velsem. Anis. Zij'
Hujus syrupi dosis erit ab Zj, ad
Zij. ad summum.

Extemporanea Compositiones sieri poterant hacratione:

Potus fit.

C 3

54 MEDICINA PAVPERVM

Rad.cucum. asini. crasso mode tritizi.

Comar. Absynth.pontis. Num.j. Sem.fænic.vel Anis. vel cinam. 9j.

Vinigeneros. opt. Ziij.

F. infusio per noctem, mane F. colatura, Colatura adde Oxymel.

simpl. Zj. Misc. pro potu (potestetiam omittioxymel.)

Probolo:

Succi Irid. condens. Ziij.

Comar. absynth. pulveris. Zs..

Sem. Anis. Os..

Caricar. Zs. Misc. F. boli.

Pilulæ:

Rad. Cucum. Asinin. Dj. Cinamo. Ds.

Trita formentur cum succ. Absynth. q. s.F. pilulæ.

CLYSTERES PURGANTES.

Quainjiciutur per clysteres purgantia duplici sine usurpantur, nem-

D. IOANNIS PREVOTIL. nempe vel irritandi expultricem valde sopitam, ut fit in affectibus soporosis paralysi & delirijs, unde clysteres acres appellantur, vel trahendi excrementa à longinquioribus partibus vacuationi dicatis, aut etiam revulsionis gratia, ut irritent: parantur modo & quatitate jam dictis in clysteribus lenientibus addendo tantum decoctioni pro clystere camuni herbas aliquaspurgates, nempe centaurium minus, gratiolam in causabiliosa. Germina Carthami, genistæfolia, pulpam colocynthidis rariori linteolo illigatam, rad. Elulæ aut cyclamin. in causa pituitosa: Rad. elleb. nigr. in causa melancholica, Folia Ebuli & sambuci in causa serosa. Verum ut purgent & suppleant vicem medicamenti per os afsumpti; non debent injici ultra Mensuram Zviij.ea nimirum quantitate quæ etiam per os assumi posset, & præcedere debet clyster intetesti-C 4

testina expurgans, quia sic retinetur pluribus horis clyster purgans, commodeque actuatur à calore intestinor, quantitas tamen purgantium per os assumédoru duplicari debet in parandis clysteribus, quia nom ita probè actuantur in intestinis acc in ventriculo v. g. ad purgandam &: revellendam pituitam, siet clysteri talis.

By Folomalv.

Betæ
Origan.
Chamomil.an. M. S.
Pulp. Colocynth. in pet. ligat. 3S.
Sem. Carthami Zij.
Aq. fontan. 15. j.

F. decoctio ad consumpt. medie-

Recrement. Sacchar. vel Mellis Zij. aut iy. Misc. pro, clystere.

GLAN-

GLANDES ACRES.

Purgantia supposita nullam vi-dentur habere per se vim purgădi, hoc est, facultate tractatoria humores è longinquis ad intestina ducendi; sed tantum irritanti pigra alvum ad excretione, quo irritamento aliquando per accidens idem evenit quodin purgantibus, excrementascilicet è venis & partibus distantibus per alvum exturbari, verum non pharmaci trahentis, sed irritatæ expultricis robore, quam. ob. causam glandes acriores interdum supplent vicem medicamenti purgantis, & debilibus quibuscunque tutius administrantur, quam alysteres.

Fiunt autem glandes acriores exmelle aut recremento sacchari adi duritiem cocto, addédo pro singulis uncijs à gr. j. ad x. vel colocyntid. scammon. vel ellebor. utriusque vel lactistithymal. aut Esulæ & salis ali-

C 5 cujus:

MEDICINA PAUPERVM
cujus acrioris, puta ammoniaci ve:l
salis nitri, suppositorijs.
VACVANTIA PER VO-

mitum.

Alia ventriculum tantum purgant omnis trahendi virtutis expertia & ad lenitivum medicamentorum ordinem pertinent: alia superfluitates aliunde ad ventriculum tractas evacuant, suntque catarchica; illa per se vomitum vix provocant, nisi ventriculum offendant
valde nauseabundum, sed externo
indigent irritamento, gutturis nimirum titillatione, immisso digito
aut penna, hæc per se excitant vomitum absque externo auxilio.

LENIENTIA PER VO-

mitum.

IN cansa calida aq. tepida, aq. hord. jus pingue hydroleum dantur omniarepida à lb.j. ad ij. adultis, pueris ab zviij. ad lb.j.

In causa frigida tenui. decoctum

D.Ioannis Prævotii. 59 sem. citri vel Arantior. ex jure ad tb. j. cum oxymel. Zij.

Lauri foliorum decoctum tepi-

dum ad to.j.

Narcissiradix cocta esa vel ejus de. coctum dictà quantitate bibitum.

Pulvis rad. beton. à 3j ad iij.

cum jure & oxymel.

Pulvis rad. peponis à Bj. ex eo-

dem liquore.

Decoctum restudinum veprium

exaqua vel jure.

In caussa frigida crassa. Raphani succus ab 3j. ad ij. cum jure & oxymelite.

Nitrum à Dj. ad Zj. cum mulsaaut

jure pingui.

Jus cum oxymel. sumpt. aut mel. cui admixtus sit 91. Zingib. velhys-sopi velpiperis

VOMITORIA PURGANTIA

Ovæper vomitum purgant, omnia quoque alvum movent, ideoque tunc eligenda in purgatio-C 6 nibus 60. MEDICINA PAVPERVM

magisinclinat ad superna. Triplex magisinclinat ad superna. Triplex materiam per alvum purgantia. Alica sunt benigna ut quæ à partibus ventriculo circumjacentibus trahunt minimâque molestia ventriculum subvertunt. Alia strenua quæ à longinquioribus partibus efficacius trahunt, cum aliquo ventriculi lattrahunt, cum aliquo ventriculi lattrahunt & materiam valde crassam aut in temotissimis partibus contentam, magnoq; cum conatu ventriculi vomitum cient.

Bile pradominante benigna erunit Frangulæ cortex flavus recens, decoctus cum aqua vel jure à Zij. acd iiij.

Nasturty hortensis semen in pullverem tritum à Ziij. ad vj. bibitű ex

aqua.

Strenua erunt. Atriplicis semenita pulverem tritum à Zj. ad Zij. ex jurce pingui alterato coma absynthij.

Cha:

D.Io Annis Prævotir. 61

Chamacerasus montana Gesneri,
quam Tragus halimum sacitàv. ad
viij.circiter cerasa devorata, præsertim superbibita aqua aut jure tepido.

Asari radix æqualiter sere trahitbilem & pituitam maceratur à Zij. adv.in substantia pulverisata datur

à 3j. ad 3ij.

TOBE

Valentia sunt: mandragoræ radicis succus à Hs. ad Hj, ex vino mulso, & caute agendum, periculi enim non est expers.

Pituita pradominante benizne vacuant: Agaricus no præparatus à Dij. ad Zij. ex jure pingui cum oxymeli-

te.

Colutea Vesicaria semen datur in substantia à Zj. adij. Maceratur à Zij. ad ZB. corrigitur vino aromatico.

Colutea scorpioidis semen idem

præstat.

Genista hortensis flores. & ramulivirentes macerati aut decoctià zijo. ad zs. exjure.

C7 Spara

62 MEDICINA PAVPERUM

Spargule semen in pulverem tritumà zij, ad iiij, ex mulsa aut jure cum oxymelite.

Strenue vacuant pituitam pradominantem, Staphidis agriæ semen ad Zjß. circiter tritum ex copiosa mulsa, superbibendum est jus pingue, donec vomitus sequatur, ne ex nimia medicamenti mora ventriculus instammetur.

Tithymali cujuscunque recentia folia cocta cum mulsa à Zjis. adiiij.

Tabaci Folior, succus à Zj. ad ij. eum jure alterato sem. citri vel A-rantiorum.

Jure. Vitriolum album à 313. ad 3j. ex

Valenter vacuant pituitam. Anagyris semen tritum à 38. ad 35. ejusdem cortex siccatus & in pulverem tritus idem præstar sed paulo inesticacius.

Quæ ex his componuntur ejusdem ferè sunt sormulæ verbi gratia. Pro Bile:

Be Mell.despum.tb.j.

Coq.

64 MEDICINA PAUPERUM

Coq.lento igne ad confistentian syrupi, cujus dosis sit ab 38. ad 3j. ce jure & aqua tepida.

Hujusgeneris erit hoc Electuari

um admodum efficax

By Rad. Afari.

Agaric. crud. an. 38. Rad betonic.

Pepon.an. 3ij. Cinamo. 3j.

Sem. Anis. 38.

Tritain subtilissimum pulverem excipiantur.

Be Mellis despumati. Ziiij. & F. Electuar.

Cujus dosiserit à Zix. ad xij. circiter ex quocunque liquore grato.

Melancholia & atrabile pradominante: Strenua tantum & valentia conveniunt, quia humor suapre natura gravissimus paulò ægrius ad superna trahitur quam alij humores.

Strenue autem vaouant Antimonium præparatum. Facilime præpa-rantur flores, calx. & vitrum, paulo

D. TOANNIS PRÆVOTII. ifficilius tinctura & oleum, quod in rigidum præcipitatum abit in canidum pulverem flori non absimiem. Datur hæc omnia in substantia uidem agr. iij. ad vj. ex panatella, tisana, conservastomachica vel vino aromatico correcto absynthio, oremarino, alijsque stomachicis. Subastringentibus: Macerantur à gr. iij. ad x. potissimum in vinogenecoso autabsynthide, exhocfit præstantissimus syrupus omnium antimoniatorum medicamentoru placidissime vacuansper superna & infernalic.

By Flor. aut vitri Antimon. Zis.
Vini albi generos. 15.j.

F. infusio per dies duos naturales, facta colatura adde

By. Mellis despumat. Zx.

Coquantur ad syrupi consistentiam cujus dosis erit Zs. ad Zjs. circiter per se vel ex quocunque liquore gratiori.

Valenter vacuant: Ellebori albi radix

MEDICINA PAVPERVM 66 radix præparara vel emedullata an per diem in aceto rosaceo maceran rursusq; in umbra siccata ad usu, lle co acetirosati substituatur acetu co doniorum, quod melius est, vel ail udalteratum aliquo stomachico fri gido & aftringéte, datur à BB. ad B no in substantia, ne os ventriculi co vellatur sed in infusione, quæ sit diu pliciter:Prima est veterum qui radi culas ellebori raphano infixas p nco crem servabant, postridie raphami exprimebant, succiq; 3j. porrigebai cum prisana, cujus loco sumi potets panatella liquidior ad humiditatem oris ventriculi ne convellatur.

Secunda priori melior & gration est ut 918. rad. insigatur frustulo malli cydonij& in eodem coquatur, post-modu extractis radicibus datur co-medédus ille bolus, vel expressus ex eo succus disuatur vino aut jure pingui alterato sem, citri, deturq; hauriendus: Redditur elleborus albus loge mitior, si radix emedullata post

de-

D. JOANNIS PRÆVOTII. bitam infusionem sinatur aliquabullire in aceto, deinde v. siccafervetur ad ulum. Serositate pradominante benigna nsebuntur: succus rad.ebuli à Ziß. iij. cum jure pingui alterato coaabsynthij. Suesus rad. sambuci idem præstat dem dos. Sambuci aquatica bacca ad Zij.supurbibendű jus pingue mododictű. Strenua cataputiæ folia sursum emilla datur à 3j. ad Zis. ex codé jure. Valentia. Elaterium ob insuavime tem in pilulis vel bolo sumptum. lulgò miscetur pilulis aromaticis. modificeri potest pulpæ caricæ cum ortione absynthij, quod fit per exressonem. Fructus eucum. Asinini datur a r. iij. ad x. quod extillat ex fructu mantummodo puncto à gr.ijad vj. Vacuantia per urinas, quibus non blum viærenum & vesicæ, sedetiá of otum corpus venarum & arteria-THIR

68 MEDICINA PAVPERVM rum beneficio expurgatur, fiunti medicamentis diureticis, quorna aliquasunt propriètalia calida& 11000 ca, acriaque & tenuium partiu, ca impropriètalia, remissum habem calorem, autetiam adfrigidam von gentia, partium tamen tenuiun quibus utendum magis est in feb on bus, renibus & jecore calidioribound nisi fortasse præsentia corruptæ: venenatæ materiæ in venis citifiran ma urgeat vacuatione, quæmeli mon citiusq; perficitur diureticispropri & calidioribus: præcipua magiff

Propria diuretica. Asparagus, pre cipue radix, Apij semen seu sesse vulgaris, radix & semen cardui, cu merumque radix & semen cummum ni, sem. eryngij cujuscunque radix, semiculi radix & semen: Iriom utriusque sem. Laurifolia, baccanto rad. cortex, mentha sylvestris, napres sem. ononidis aculeatæ radix, pulce an gium, petroselini communis omne qui

D.Io Annis Prævotii. 69

me radix, rusci turiones, asparagi & me radix, rusci turiones, asparagi & me radices, Satureja, serpillum. Semina intur in pulverem trita à 3s. ad 3j. ad ad ad intelligitur de medicamentis improprie diureticis.) alia v. demonmodissimè ex jure cicerum; damentamen etiam radicum pulvis pur cipue lignosarum ut Ononidis lauri. Ex his aliqua ex tempore emponi possunt.

Efficacisimus est hic pulvis

B: Rad. Ononid. 3ij.

Sem. Irion.

Bac. Laur. an. 3j.

Cinamon. 318.

Misc.F. pulvis:datur ad 3j. ex vi-

mo aut jure eicerum calido.

Iucundior sit si insundatur per noctem, tum sacta unica ebullitione & colatura sumatur, abjectà pulveris sæce; reddetur medicamentum adhuc essicacius additis aliquot guttulis liquoris quem præbet 70 MEDICINA PAVPERVM
Salin excavato Rhaphano detenti
in loco humido donec solvatur.

Proillitione pubis tale oleum pp ratur extemporaneum, quo adjuw

tur urinæexcretio.

14 Fol. Lauri.

Mentastri.

Serpil.

Puleg.an. M.j.

Camomil. M.j.S.

Cort.Rad. Rhaphan. 36.

Sem. Cumini. Zij.

Ol. communis to.j. B.

Vinialb.tb.j.

Fiat infusio per 4. horas, poster coquantur ad humiditatis consumptionem & F. Expressio cum colar tura.

Fit quoque Emplastrum ex dissertion contuso & admoto pubi.

Improprie diuretica. Sem. cucurbit, cucum. citrul. melon. (inde fiunt e-

mul- lun

D.IOANNIS PRÆVOTII.

mus alkekengi, nuclei cerasorum, ficula mespilor. avellanar. longio-micortex, Limonum maturorum iditas, solia & caulis fragariæ, ca-l. Q parietar. tribuli utriusque dix gram, maximè arundinei, liniritæ, quinque solij, & raphani ecorticati, daturutiliter jus cicerum beor. cum ¼ succilimonis, habe-

Bu Succiparietar. depurat. Ziij.

Iuris cicer. Ziiij. Misc. pro
potu.

Ejusdem generis censetur & iste

Be Rad.liquirit.3B.

Aq. communis to.B.

Bulliant lento igne ad consum-

By Succi Limonum. Zj. Misc.

Dantur quoque utiliter pro citisimo remedio, succi raphani zij. ex rino generoso calido.

Ex-

Exterius admovetur vulgare: optimum Emplastrum ex fol. pair tar, solis vel cum raphano trito, si xis in sartagine cum butyro aut oll & calidum pubi admotum, si am thinum ol. aut chamomeli præsse sit præserendum communi.

VACUANTIA PERSV-dorem.

Thæc duplicis sunt generis: all proprie sudorifica quæ materiam am fundunt inque halitum vertum alia impropriè talia, quæ materiam facile convertibilem præbendo per aecidens provocant sudorem, valcd consentanea variolis incipientibum calidioribusque affectionibus cutamineis & febribus putridis inclinantum naturæ motu ad cutem.

Propria, decoctum alij, ligni buxx (quo lues gallica æque curatur an Guajac.) chamædrios, chelidoni majoris, card. bened. lign. Iuniperi. laurin. & Myrrhidis dantur ab Žiiij

D.IOANNIS PRÆVOTII. 33

decocta ex mulfa & vino albo.

Eadem decocta depurata & lento calore inspissata præbent rudia
extracta. danda a. Zj. circiter vel diluta vino generoso aut decocto impropriè sudorificorum calidiorum
vel formata in bolum aut pilulas,
quibus Ziij. circiter decocti superbibant. E.G.

In affectibus articulor. & nervomerum frigide catarrho tale fiat deco-

Buxi. an. Ziß.

Conseindantur minutim & infundantur per diem in Aq. commumis lb. v. deinde adde

Pe Fol. Betonic. Chamadr. Iva an. M.j.

Bulliant lento igne ad consumptio. tertiæ partis & F.colatura pro 5. vicibus.

D

Im-

Impropriè sudorifica decoctum chamæmelinum, cerefol. fumarra hor. non decorticat. mylij, lentiium leniter coctar, rad. lupulor.penttaphyl. tormentil. fol. pimpinell. vulgar. scabiosæ & violæ matronalis.

Ex his componitur vulgaris syrupus Sancti Ambrosij vocatus, ex una parte vini & duabus decocti My-lij.

Alia ex tempore componi possunt E.G. in affectu cutaneo tale sitt

decoctum.

By Fol. Scabiof.

Fumar. sicca, an. M.j.

Rad. Lupulor. 318.
Aq. hordei to.j. S.

Coq. lento igne ad consumptionem fere dimidiam & F. Colatura pro potu uno.

Apparentibus variolis.

Be Fol. pimpinel. M. j. Scabiof. M. B.

Prima decost lentium. tb.j.

Coq.

D.IOANNIS PRÆVOTII.

Coq. ad consumptionem 3. parcis & F. colatura pro uno haustu.

Dantur autem horum omnium decoctain majori quantitate, quam prope sudorificorum nempe ab

gviij. circiter ad to. ij.

Sciendum vero est vix provocari Tudorem jam dictorum medicaméforum operam, nisi illorum vis ad Lutim contrahatur remedijstrahenibus, quorum etiam beneficio lakantur pori cutis & ad sudorem præparantur; itaque sesquihoræspatio circiter à sumpto sudorifico vel collocandum est corpus in laconito, vel balneo calido naturali aut rtificiali, vel stragulis bene tegen-Hum, veladmovendætegulæ calenes aut vasa aquâ calente plena vel ricanda etiam leniter cutis aut vatijs partibus admovendæ cucurbitulænon scarificatæ, pro ut ne-

cessitas magis postulare videbitur.

D 2

VA-

MEDICINA PAVPERVM

VACUANTIA PER SPUTVM

Que viarum spiritalium infarchum expediunt ab ossicio expectorantia dicuntur, que omnia triplici disserentia comprehendi

possunt.

Alia enim conveniunt sputo crasso, incidentia nimirum & detergentia. Alia sputo tenui ac insipido siccantia nempe & quadantenus incrassantia. Alia demum sputum sulsum scilicet contemperantia velletiam erosionem impedientia.

Conveniunt ergo pro Lambitivo in sputomediocriter crasso aqua mulsa, oxymel, mel crudum, decoctio caricarum liquirit. Siliquar. passular. addita portione farfaræ palmonar. aut Scabios. Harum etiam herbarú pulveres misceri possunt oxymeliti ad consistentiam eclegmatis seu mollioris electuarij, qua forma etiam utiliter usurpatur pulv. rad. ireos cum oxymelite mixtus.

Spu-

D.IOANNIS PRÆVOTII.

Sputo admodum crasso conveniunt decocta botryos, enulæ, hedysari, hyssop. prassij, saturej. thymi, Aristol. long. harum pulveres utiliter miscentur oxymeliti pro lambitivo, vel excipiuntur melle in forma electuarij. vel

Componitur mulsa ex oxymelite dictarum herbarum in coctione, quemadmodum maceratione earundem præparari quoque solet vir num Hyssopites & Enulatum veter

ribus familiare.

Enulæ cocta in aqua (præstaret accipere mulsam aut vinum dulce) &
per setaceum transmissa deinde excepta duplo mellis despumati & co-

Claad justam crassitiem.

Præter hæc singulariter prosunt sulphuris pulvis vel slos mixtus ex ovo sorbili sumptus. Urticæ sem. mixtum lambitivis. Aqua vitæ cum tertia parte sacchar, pastata vel mixta oxymeliti. Pulvis pulmonis vul-

D 3

pis

pis à 3B. ad 3j. ex vino vel mulsa potui vel eclegmati mixtus.

Crocus à Bs. ad j. cum vino bi-

bitus.

Millepedes vino abluti & ad Zin infusi per noctem in vino albo, de inde expressi & hausti abject à fæce.

Resinalaricina & abietina devorata in bolo, vel delincta, pro delinctu solvenda est melle despumato. mam optime miscetur melli.

Præstantissimum parari potesti

balsamum in hunc finem.

Re Ol. bene matur; pro divitibuss

Ol. amygd. dulc. non rancid.

Vini albi dulcis Ziiij.

Bulliant ad consumptionem humiditatis: deinde adde

Be Flor. Sulphur. Ziij.

Agitantur continue & leniter ad lentissimum ignem, sloribusque jami dissolutis adde.

Re-

D.IOANNIS PRÆVOTTI. 59

Resin. Laricina vel abietin. aut
si haberi potest,

Lachrym. abietin: Zijs.

Misc. usque ad persectam unionem. Potest misceri lambitivis & internè sumi cum dictis decoctionibus aut vino albo.

foutum, ne usu dictorum medicamentorum exiccetur crassus humor, consultum est semper permiscere aliqua emollientia & laxantia,
qualia sunt pro lambitivis & usibus
internis liquirit.rad.& succus, passulæ, rad. malvæ & Altheæ.

Exterius juvat illitio pectoris butyro maxime rancido solo vel mixto

mucilagini malvæ & althææ.

Deprædicatur fomentum ex fo. lio brassicæ butyro probe illito & pulvere cumini asperso calideque admoto pectori.

Sputo tenui & insipido vero conveniunt dec. Aristoloch.rot.jujub.prunor. sylvest. virgæaureænummular.

D 4 vero-

Veronicæ, suc. granat. subacidious per se vel modico mellis.

Lelegmata quæcunque ex amy lo, gummi Àrabico, Tragacanthan terra quacunq; medicata cum mella le vel oxymelite admixta portione sulphuris vel myrrhæ vel Aristol. rotta cremor. ptisanæ cum portione almyli.

Sputosalso conveniunt, Decoctico hordei, jujubar. liquirit postulari prunor. dulc. maxime exjure pedum & capitum vituli hædi, agninitem cochlear. & testudinis nemoral.

Emulsio amygd. dulc. & sem. 4. frigid. minor præcipue addita farina amyli: ptisanæ cremor vel panatella cum ijsdem emulsionibus addita etiam emulsione seminis papaveris albi urgente salsedine; succus prunor. dulcium delinctus.

Buryrum recens tum delinctum, tum ferculis additum, tum pectori illitum. D.Ioannis Prævotii. 31
Si placet Syrupum componere
adhunculum.

Succiprunor.dulc.
Suc.veldecoct.portulac.an.tbB.
Deputatisadde

Mellis despumat. 3x.

Bulliant ad syrupi consistentiam. Cujus usus erit pro Eclegmate & syrupis.

VACUANTIA PER PA-

Caput triplici ratione vacuatur per os mediantibus palati ductibus nempe masticatione, gargarisuo & palati illitione.

Pro massicatione in causa calidate conveniunt charta præsertim bibula, caricæ, amyd. amar. vel nucl. persicor. uvæpassæ, malicitrij srustum integrum, Arantij cortex.

In causafrigida conducunt radices eyperi, acori Angelicæ utriusque, valerian: sativ. Imperator. Sem.fæ-

DS

nic.

62 MEDICINA PAVPERVM

nic. anis. sesel. siler. mont. gran. Iunip. bac. lauri & folia teneriora.

His valentiora sunt atque intenfæ frigiditati conveniunt solia Iberidis, hydropiper. Lepidij, nasturt.
hortens. saturej. hyslopi montan.
puleg. sylvest. rutæ sylvest. rad. pyreth. sem. thlaspios, sinapi staphid.
agriæ quæ ut facilius terantur, dentibus excipi debent momento ceræ
slavæ & in orbiculos vel morsellos
formari.

Pro gargarismo cui est locus tamen in causa frigida conveniunt de coctiones calaminthæ, chamædrios, hyslop. fol. lauri. lavendul. major. puleg. serpil. & spicæ Italicæ quæ partim gargarizantur partim calide ore detinentur.

Valentissimi gargarismi siunt ex decoctione herbar, pro valentioribus masticatorijs propositar, maxime si addatur portio aquæ vitæ vel vulgaris diasinapi quod Mostardam Itali vocant. D. IOANNIS PRÆVOTII. 83.

Pro palati illitione qua etia locum tantum habent in causa frigida, conveniunt jam dicte decoctiones cum melle ad syrupi consistentiam inspissatæ.

Præterea Aq. vitæ, mostarda vulgaris velElectuarium aliquod molle ex dictis paratum.v.g.

B: Baccar.laur.

Innip.an. Zij.

Sem.Sinap.

Herb. saturej. an. M.j.

Sem. Anis.

* Fænicul.an.3].

Rad. Acor.

Imperat.an. Zij.

Trita & cribrata excipiantur Mellis despum. 15. ij. F. El.

VACUANTIA PER

nares.

Purgantia caput per nares; quædam sua acrimonia sternutamentum excitant convenientia humori valde crasso & impacto nec
non sopitæ expultrici. Quædam

dam sine sternutamento humoreum provocant: inter quæ aliatutò ad-la hibentur etiam capiti ad calidum inclinanti, alia conveniunt tantum humori & capiti frigidiori.

Sternutamentum excitant insufflati pulveres omnium proposito-rum pro valentiori masticatorio acc.

præterea attractum naribus.

Decoctum nigellæ & ellebor.

nigr. succus item rad. ciclaminis,
bryoniæ & elaterium alijs liquidis;
nasalijs dissolutum: idem præstat:
sed paulo mitius radix cyclaminis,
turundæ forma indita naribus &
cortex Arantij inditus.

Sine sternutamento caput etiamicalidius vacuabitur decocto vel succalidius vacuabitur decocto vel succo Malvar. bliti præcipue albi. sol. betonice brassicæ, aq. hordei, rad. betæ, naribus indita, maxime verò si contabueritin aq. tepida, item illitione narium butyro recenti.

In causa frigida conveniunt decoctiones vel succi anagallidis, be-

ton ..

D.IOANNIS PRÆVOTII. \$5. ron. rad. betæ cand. chelidon.maj. hederæ mural. hyssop. hortens. rad. miridis recent.major. salviæ, Tabaci.

Indisolent quoq; naribus forma turundæ rad. cyclam. & Iridis oleo vel butyro perunctæ, vel in aqua præmaceratæ, quando sternu-

tamentonon est opus.

Præterea convenit fumus herbarum dictarum exiccatarum præcipue majoranæ, hyslopi, thymi è tubulo haustus, quo excipi solet sumus Tabaci Indici. Exhis componit possunt Errhina v.g..

In causa frigida;;

Succ. Rad. ireos inspiss.

Succ. flor. bedera inspisan. Zij.

Pulv. major. vel Thym. Zj.

Butyr. recent. Zs. Misc. F. Linimentum.

Quo illinatur turanda ex gossypio indenda naribus; vel,

By Succ. bliti per filtrum depurati

Agarici crasse triti zi..

7 Fin-

36 MEDICINA PAVPERVM

F.Infulio per noctem. Postridie R. colatura, que tepide natibus hauriantur, vacuat caput ad stuporem absseque insigniagitatione.

VACUANTIA INSENbiliter.

HOrum materia latissime patett.
Omne n. calidum rarefacient do & in habitum vertendo insensibiliter vacuat, imò omnia sicca humiditatem cohibendo, omniaque astringentia, candem exprimendo hoc genere vacuantium censeri possunt.Propriètamen hoc nomen merentur digerentia, quæ humoremin halitulente vertant: Dissipantia quæ cofertim id agunt & flatus etia erafsos distipat. Rubilicantia quæ validissime utrumq; prestant, validoque calore materiam intus latentem etiam non propè attenuatam dimovent & ad cutim trahunt.

DIGE_

DIGERENTIA.

Nter quæ maxime obvia sunt;
Absynthium, Anethum, apijonne genus, chamomel. cotula fæid. fænugræc. arundinis radix, lilimalbum, lini semen, mel, melilous, rosmarin. verbascum, vinum
potens maxime, quædari possunt
forma decoctionis syrupi, Electuarij.

Exijsdem parari possunt per descensum olea & fomenta prousibus externis, quibus etiam addi possunt sequentia internè non exhibenda, velut rad. cyclam. cucum. anis. asphodeli, fol. ebuli, sambuci, alumen, nitrum, vitriolum, sal com-

Per se quoque admoventur externè pro illitionibus butyrum rancidum maxime salitum, oleum vetus salitum.

mune.

Profomentis: aq. calcis vivæ, aq. hermalis calida, aq. dulcis bene cali.

38 MEDICINA PAUPERUM

da; Lixivium forte, vinacia calidk luta thermarum calidarum &earum foveæ, arena fervens, cinis calern cum vel fine furfure & sale sacculle inclusies.

Pro Emplastris: cochleæ tritæ cum

putamine.

Caseus antiquus cum decoctione carnis salitæ præcipuè suillæ contuifusin formam Emplastri.

Farina fabarum vino excepta ve decoctione jam dictorum, addito li placet oleo & oxymelite vel melle.

Privatimad absumendum lac cito & absque periculo ne grumescat in mammis habent ista pro secretis mulieres, quæ lactare nolunt vel non possunt, folia viridia nucis juglandis in sinugestara.

Linimentum ex æqua portione mellis & refinæ linteolo continue

admotum.

Cataplasma ex farino fabar. cum oxymelite vel decoctione petroselini vel decoctione Malvarum ex Aceto .. FoD.Io Annis Prævotii. 39
Fomentum exæqua portione petroselini & aceti fortissimi, addito
troci momento.

DISCVTIENTIA

X his faciliora paratu sunt agni castisemen & flores (quorum maceratione sit, oleum colico dolori appropriatissimum) allium, angelicæ utriusq; radix & semen. sem. Anis. sem. Arantior. & citrij, eorundemque cortex, calamenthum quoque præcipue montanum, cumin. carni, dauci, fæniculu, hyssopus, imperatoriæradix, Iuniperi baccæ & lignum lavendulę, lauri folia & baçcæ colicis & uterinis doloribus appropriatæ, Lupini, Major. menthasicca, ocymum, origanum, polium, pulegium, ruta, satureja, serpillum, spica Italica, thymum, quæ omnia dantur sola mixta forma decoctionis, syrupi, Electuarij, vel eorumpulveres ad 3j. bibantur ex vino aut cibis aspergantur. Hua

MEDICINA PAVPERVM

Hue pertineraq. vitæ & vimus vetus, quod veteres date soleball cum pipere, crasso modo trito.

Parari potest vili pretio tinchul efficacifiums, eujus una ant altie gurrula ex jure bibita vel vino pu tenter discutit flatus & cavo des tis à caula frigida dolentis indita w eriam admora illico dolorem fedido

Ell vero ralis:

ne Piperis nig. crasso modornin ? origination Evil

Inde phialæ angultioris collitati probè obturatum ferva per occiden um in loro calido. F. Tin Aura rubbil cunditlima fervanda in vitro optil mè claulo.

Si placet vinum Hippocraticum fimile conficere, tale præparari por

R Sem Anif. Famir. av. 54 Rad. Angeli. Acori. Imperat.an. 38.

D. IOANNIS PRÆVOTII. Fol. Calament.mont.

Lavend. Major.

Menthesicce an. M.j.

Bacc. Lauri Zj.
Omnia crosso modo trita indantrur colo, per quem transcoletur winum album generosum, toties itetata colatura donec materia odorem & acrimoniam perdidisse videatur. Hujus vini sumatur Zj. aut ij. per se vel cum alio quocunque liquore.

Exterius sieri possunt somenta ex dictarum herbarum decoctionibus sed efficacissima sunt suffumigia procurata extincto lapide pyrite vel molari in ijsdem decoctionibus. Fiunt a. efficaciores decoctiones ex vino potenti, lixivio forti & aquis

sulphureis naturalibus.

Esteriam efficax sacculus ex milio torrefacto, flor. camomil. & sem. cumin.vel rutæ folijs, quo dolores à partu infigniter demulcentur. Sugt.

MEDICINA PAVPERVM Sunt qui extollant colocyntice pulpam cum absynthij tertia pan sacculo inclusam.

Pro secreto habetur ad siccandin ventrem aqua turgidum, Emplastin exæqua portione fol.rutæ & absyrth thij contusorum eum melle ad for mam cataplasmatis.

Optimum'est stiafomentu exace calcis vivæ extinctæ aq. sulphurce m

Thermali.

Proillitionibus extemporanea par rabuntur medicamenta qualia oleri ex dictis herbis parata per descent fum. E.g.

By Baccar.laur. 3j. Fol. ruta. M.j. Ol. commi. to. B. Vinigeneros. Ziij.

Baccis crassètusis, folijs vero concisis, F. infusio per hor. iij. deinde bulliant ad consumptione humiditatis & F. colatura.

His omnibus adde cucurbitulam magnam eum multaflamma, inflaD.IOANNIS PRÆVOTII. \$3

Aliquando etiam absque discussione extrahunt è corpore flatus dibus d'am instrumentis chirurgis, citissimè agentibus: sic flatus rassa intestina distendentes extraunt immisso (post redditum clyterem fæces educentem) syphone icco & extrorsum tracto.

Hippocrates follem fabrilem u-

irpavit.

Eademratione flatus uterum replentes, beneficio syphonis, subtile Boblongum collum habentis, facie extrahi possunt.

RUBIFICANTIA

Rubificantia sic dicta, quod insignem ruborem cuti afferant
digerentibus & discutientibus frustratentatis, tandem usurpantur, ut
in antiqua Ischiade & dolore capitis
gravativo, contumaci sæpe usu venit:

94 MEDICINA PAVPERVM

nit: applicantur a. cuti forma cattani plasmatis trita, vel per se vel cum :a ceto calido, suntque sequentia ma gis vulgaria. Allium. arum, dentila ria, hydropiper, iberis, lepidium putegium sylvestre, sinapi, staphisa gria, ranunculus vulgaris, fit etiami cataplasma per se ex simo columbiino velanserino, vel ex pice arida liquara in quarta parte olei alicujo carlidi, putalaurini vel rutacei, parti fæpius admota & vicissim avulsa, donec pars primo rubescar, deinde leviter intumescat & rursus subsidet: nam siad ruborem usq; partis tantui sinetur, habet potius rationem remedij calefacientis & renutritione membri adjuvantis quam insensibiliterevacuantis. Ideo in ventriculo frigido & sicco membrisque paralyticis & extenuatishabet fingularem usum post debitas corporis evacuationes.

Hac de medicamentis materiam copia peccantem respicientibus.

AU-

D.Ioannis Prævotti. 95
IGENTIA MATERIAM NEcessariam deficientem.

Eficiunt aliquado humores bo. ni & quædam ex illis orta, quæ nnia per se augentur opera natuprobumalimentum immutantis, r accidens a. producuntur beneio alimentorum impedimenta moventium. Itaque omnia calomroborantia & æquantia intemries humorum & viscerum per censionisaugent sanguinem, quoim enumeratio petenda est inter terantia, eadem ratione generanalac & semen quorum alterum ad etus editi in lucem nutritionem, terum ad generationem est necestrium. Propriè ad alimentum pernent, cum utrumque ex sanguine rtum trahat: Improprtè tamen illa uoque medicamenta dici possunt ugere lac & semen, quorum benecio sanguis facilius copiosiusque n utramque naturam facessit. LAC

MEDICINA PAVPERVM LAC AUGENTIA

Ac augentia ergo dicentur-en Jam quæ impurum sanguinen emendant, fluxilem reddunt, fun dunt ad ubera, impellunt & attra hunt.

Emendant ergo purgantia hit mores pravos, quibus contamina tur sanguis, deinde excedentes sain guinis qualitates æquantia.

Qualia sunt in habitu calido aco hordei ex jure, malva, polygono vii

rente & soncho.

Præfertur lacteus sonchi & Taran xaci succus juri mixtus ad cochlearri ij. vel iij.

Datur utiliter pro secreto ex aliquo horum decoctorum pulviss

crystalli naturalis à 38. ad 3i.

In habitu frigido decoctum valet præsertim ex jure summitar anethi siccati. sem. anis. recentium, Erucædomesticæ, fæniculi polij recentis, porriex aqua decocti.

Fun-

D. JOANNIS PRÆVOTII. 97

Fundunt & proprietate quadam ad ubera impellunt jura alterata anetho, apio & petroselino recente, cicere albo, cytiso cujuscunque geniris, polygala vulgari & vinca per vinca.

Attrahitur sanguis ad ubera su
Retione frequenti, frictione molli, &

Fomentis laxantibus, qualia optima

Gunt ex vino albo calido, item deco
ctione camomæli & Anethi recen
tris, uti & malvar sem. lini, Rad.

Alth. sive decoquantur ex vino sive

ex aqua.

His non proficientibus, admovenda sunt rubificantia usque ad

mammarum ruborem.

Inhunc finem olim apud Cretenles percuti contrectarique solebant ubera fol. urticæ recentib. cujus usu frequenti sama est etiam masculina ubera excrescere consuevisse, ut lactationi idonea evaderent.

Inter alimenta viliora plurimum lactis generare creduntur, ova galli-E narum,

48 MEDICINA PAVPERVM

narum, vinum album, oryza cum lache cocta, pulmentum expolline farinæ & lacte aut jure: Item pulmentum ex polline farinæ & vino alboradditis vitellis ovorum & butyro; fed gratius fit ferculum addito locor farinæ saccharo.

SEMEN AUGENTIA.

Semine augendo conveniunt inprimis illa alimenta, que vi medicamentosa calidos tenuesque flatus aderectionem virgæ facientes movent.

Vilia sunt Caro Anatis, anseris cum allio præcipue lixata, cerebra bubula & suilla pipere & sale condita, jus bubulæ coctum cum mentha viridi aut eruca, succus expressus ex pulmone arietis assati, ova cygnorum ex buryro frixa, pisces ostracei enjuscunque generis pipere coditi, polypi sepiæ & cancri eodem modo conditi. Tubera quoque condita pipere & sale.

In-

D.Ioannis Prævotii. 99

Inter legumina habetur cicer al-

bum, fabæ & phaseoli.

Interfructus: Avellanæ, castaneæ.
mala insana oleo sale & pipere condita, poma dulcia & uva pensilis.

Interherbas allium virens adhuc

tenellum, cinara, asparagi.

Cæpa tenella præsertim Ascalonia, Eruca, horminum, napi, rapæ, pastinacæ & selini vulgaris radix cũ

pipere & fale.

His efficaciora censentur radix crasfior satyrij cujusque genitale tauri & cervi, testes apri, vulpis & verris venerem experti, vino albo loti & in surno siccati, horum pulvis vel mixtim vel sigillatim bibitur ex vino albo ad 3j.

Efficacissimus & paratu facillimus

est hic pulvis.

Be Genitalis Tauri
Borac Officin an Ziij.
Rad crassior satyrion Zij.
Zingiber.

E 2

Cina-

100 MEDICINA PAVPERVM

Cinnamo an. Dj.
Croci Dß. Misc. F. pulvis subtilissimus.

Cujus exhibeatur mane & post cænam 3j. ex tantillo vini generosi.

ALTERANTIA CAUSAM morbificam.

Causa morbifica multisariam peccat qualitate manisestà nimirum & occulta, hæc postulatalexipharmaca, illa vel est prima, quam corrigunt medicamenta calida, frigida, humida, ficca, vel ex primis oritur craffities nimirum, tenuitas, lentor, durities, ex siccitate & concretione, nec non acrimonia, quibus opponuntur attenuantia, incrassantia, incidentia, detergentia, emollientia, grumos dissolventia & demulcentia; quæ primas qualitates corrigunt, atque inde ortam crassitiem, tenuitatem & lentorem concoquentia & præparantia dici consueverunt, quia excedentium qualita-

D.IOANNIS PRÆVOTII. 101 litatum equatione, humores à naturali calore facilius vincuntur & si qui ad concoctionem plane sunt inepti ad expulsionem minimè laboriosam idonei redduntur. Alia quæ tollunt: acrimoniam & duritiem non modo inserviunt humo. rum præparationi, sed etiam partibusex asperatis, & induratis, quemadmodum etiam lentorem detergentia conveniunt plurimis alijs usibus, utifæditatibus cutaneis sordidisque ulceribus, ideo sejun ctim enumeranda sunt post præparantia humores.

BILEM PRÆPARANTIA.

mil

for

Si bilistenuis sitac fervida conve-Sniunt, hordeum lactuc portul. nymph. viol. purp. Horum decoctiones ab Zviij. ad th.j. circiter.

Efficaciora sunt succus fructuum berberis, granar acidor, ribes vulgar. & omphacium bene depuratum

E 3

tum, quæ addi possunt dictis decoctionibus ab 31. ad ij.

Extremum remedium est serum depuratum cum emulsionis zj. circiter sem. papav. alb. vel solanum hortense & sempervivum majus additum decoctionibus.

A dulcioribus syrupis in hoc casu

abstinendum.

Si crassior sit bilis veladustione velcrassorum humorum permixtione conveniunt attenuantia frigida veltemperata, qualia acetosa, succitri, limon. Arantior. maturer. chondrilla cichoreum cap. ven. recent. Endiv. fragaria, Hepatica, Hiefacium, Lappathum quodcunque scariol. sonchus, Taraxac. Trifol. Acetos. sem. mel. citrul. cucurbit. cucum. unde siunt Emulsiones.

Ex herbis dictis siunt decocta ex jure carnis vel aq. quibus addi possunt zij. circiter emulsionis dictorum leminum vel succorum citri, li-

monum vel Arantiorum.

Dan-

D. IOANNIS PRÆVOTIL 103

Dantur quoque herbarum succi depurati ab Zj. ad iij. ex jure, præsertim hyberno tempore, quando desunt herbærecentes.

Ex his succis depuraris ex tempore sieri possunt syrupi, si addatur æqualis qualitas mellis despumari & coquatur ad syrupi consistentiam, Misceatur decoctis ab Zj.ad ij.

Horum vicem supplere potest oxymel. s. ab zj. circiter additu de-coctionibus, sunt que omnes syrupt valde utiles huic decoctioni, si absir adustro, cui convenientissimum est serum depuratum ad th. ij. circiter cum emulsione dictorum semi-

PITUITAM PRÆparantia.

Hac omnia calefaciunt & attenuant & pituita valde lenta sit & crassa, incidunt quoque & deterget, eadem conveniunt pituitæsalse, si

64 MEDICINA PAVPERVM fitempernatur jam enarratis præparantibus bilem.

Ergò si pituita crassitie & lentorce non excedat convenient.

Pro capite. beton. chamæd. rutaa caprar. major. rosmar. salvia, stæ:chas arab. Valerian. sylv. rad.

Prooculis. calend. Euphrag. for-

nic. verben.

Pronervis & articulis; chamæpyta gran. Iunip. peucedan. primula veris.

Propectore: Caricæ liquirit. pul-

Pro corde: Rad. Angel. Card. Sanctus. Card. stellatus, caryophyllata, hæder. terrest. Lavendul. pimpin. scord. vincetoxici radix.

Proventriculo.absynthium quodcunque præsertim vulgare, cortex: Arant. & citri & sem. menthæ.

Pro jecere: Absynthium, Agrimo-

Proliene: ceterach. Epythym. fumar. cortex & rad. capp. Tamarisci.

Pro

D.Io Annis Prævotit. 105
Proutero: Arthemis. cap. Q calamenth. matricar, puleg. sabina.

Pro Renibus & vesica: Apium, A-

sparag. fænic. petros, ruscus.

Prototo corpore. quinquefol. Tor-

mentil. oxymel. mulsa plenior.

nes in jure pulli vel mulsa, quibus utiliter additur oxymel. ab Zj.ad ij.

Ventriculo & intestinis inutiles sunt decoctiones, quiaminus cito præterlabuntur partem affectam.

Conveniunt ergo solum oxymel ad Zij. vel syrupus ex dictis herbis præparatus, cui addi potest ad slatuum discussionem emulsio sem. citti vel Arantior. ex Zij. circiter juris carnis, vel veterum more datur oxymel in quo per noctem contabue rit coma absynthij.

Si pituita sit admodum crassa &:
lenta, nunquam omittendum oxymel additum decoctionibus appropriatis, quibus incoquantur aliquæ ex his herbis magis incidenti-

bus.

106 MEDICINA PAVPERVM

bus & detergentibus nimirum hyflopus prassium, polium, saturej. ser-

pil Thym. Tragoriganum.

Si placet extemporaneum aliquod oxymel componere, quod vi detergendi & incidendi oxymel scylliticum æmuletur, tale esse poterit ad viscerum obstructiones, quod

By Fol. beton.

Agrimon.

Absynth.

Fumar.

Pentaphyl.an. M.j.

Hyssop.

Prassij.

Thymian. M.j. B.

Rad.asparag.

Fænicul.

Petrosel. an. 3jo.

Aq. font. to. vj.

Mellisto. ij.

Bulliant lentissimo igne ad persectam despumationem mellis, sactà postea colatura, adde

By Ace-

D.IOANNIS PRÆVOTII. (07

Sem. Anıs. 31j. Cinam.

Zingib.an. 3j.

Coq. lento igne ad consistentitiam syrupi, siat denuò colatura per rarius pannum.

MELANCHOLIAM PRÆparantia.

SI melancholia non sit adusta: Sconveniant borrago, buglos, euscut. ceterach. capil. Q. liquirit. lupul. meliss. sumar. lingv. cervin.
pruna dulc. quorum decoctionibus utiliter etiam additur oxymel
ratione aceti humoris crassitiem incidentis.

Si humor sit adustus conveniunt præparantia bilem crassam & præterea succus pomorum redolentium, quod peculiarem hic habet prærogativam, admisceri a. potest ab zj. ad ij. dictis decoctionibus herbarum.

E 6

Po-

108 MEDICINA PAVPERVM

Potest etiaminde sieri syrupus, sumendo unam partem mellis de-spumati, & duplum succi pomo-rum depurati & coquendo ad liquidioris syrupi consistentiam, tumum ad consumptionem tertiæ partis.

ACRIMONIAM DEmulcentia.

Crimoniam demulcent quoque vel suavi humiditate temperant, abluunt que materiam, vell oleositate & lentore obliniunt, quorum infignis est usus in cardi-

algia & dysenteria sananda.

Abluunt temperantque ag. fontis vel fluviatilis amygd. dulc. emulsio... sem. 4. frig. maj. Emuls. Aq. bord. decorticot. & ex eo paratæ ptisanæ cremor, jujubæ, lactuca, lacomne, præsertim bubulum vaccinum, laclisserum, liquir. pruna & pomadulcia. nymphæ, portul. sonchy, solani halicacabi fructus, sempervivum utrumque umbilicus veneris.

Ex

D.IOANNIS PRAVOTII. 109

Ex herbis fiunt decoctiones aut ryrupi qui suaviores magis epiceramatici redduntur, sumpta sapa locodemellis & cum æquali portione succimierbar. ad debitam consistentiam tocta.

Ex his quædam componuntur quibusdam partibus singularia.

Ad dolorem Oculorum ex acri flumixione valent cataplasmata ex pomo midulci cocto in lacte, tepidum oculomadmotum.

Ad urina ardorem singulare est decoctum liquirit. vel solius vel cui fructibus alkekengi quotidie sumptum ad zvj. in prima mensa vacuo, adhuc stomacho.

AdTormina decocum sempervivimajor. ex aq. pluviali, vel ejus

succi zij. ex jure parvi pulli.

His adde plumbum externis tantum illitionibus usurpandum, agitatis oleis in mortario plumbeo usque ad crassitiem.

Oblinunt albumen ovi & ejus a-

E 7

qua

MEDICINA PAVPERVM qua amylum ferculis additum bui tyrum recens, jus pingue intestino rum, capitis arietis, hædi, vituli, pee dum pariter porciac vituli, oleum benè maturum, præsertim cum acquit fontana ad humiditatis consumpodita tionem coctum. Inter herbas althu malva rad. borrag. & consol. maji harum enim herbar decocta muciilaginea funt.

Pro secreto habeatur ad urinas ardorem aq. albuminis ovium parii

succo Limonis hausta.

Ad dysenterias decoctum totius Althææ.

Huc pertinent pedes perdicis asfati, quorum pulvisad Zj. exhibitus: ex aq. Coriand. præsente sebre, ex vino nigro cadem absente tridui spatio dylenteriam etiam feram sonat.

Adulcera dolentia & nubeculas, ophthalmia velrubori oculoru cojun-Etas: Balsamum sacchari soluti in albumine ovi ad duritiem cocti: fit verò

D.IOANNIS PRÆVOTII. 1011
TO Optimum hac ratione indatur
charum pulverisatum vitro optiè prius loto ex aceto sorti, tum dequatur super cineres usque ad
rfe ctam rubedinem, postea solve
r deliquium in ovo ad duritiem
cho exempto vitello.

Externis remedijs utiliter addunr sevum hircinum & cervinum aingia recens, pinguedo capellæ
ex qua cum pomis fit pomata vuliris) medulla quadrupedum, cera
cæsertim alba & mucilagines sem
ni, sænugræci, psyllij, cotoneoim nec non rad. althæ. & malvar,
uorum omnium peculiaris usus in
nandis cutis sissuris, quamvis
syllij & cotoneor, mucilago addi
etiam soleat medicamentis internisad cardialgiam.

DETERGENTIA.

Etergentia contraria esse vid tur epicerasticis seu demulces tibus, quandoquidem lentorem au ferunt & quod impactum est parti bus, abstergunt, cujus generis sun omnia salsa, nitrosa, acria & aman cutaneis fæditaribus, sordidis ulca ribus & obstructionibus convern entia, sed quia horum multiplex ee materia; ut omnis confusio vitettu in tanta varietate, proponentur hi detergentia porissimum conferent tia cutaneis affectionibus, aliæ qui obstructiones tollunt & ulcera puir gant petantur sub titulo deobstru entium & sarcoticorum, de quibui infra in census medicamentorum morbos respicientium.

citri & limonum, butyrum maximet falitum, Entale, mater perlarum fabarum flos, cortex & farina, fænum

græcum

D.Ioannis Prævotii. 193;
ræcum, furfur, hordeum non deorticat. lilij albi flos & radix, folia.
auri & baccæ, lappatum sylvestre
& acutum, præsertim ejus radix, lac
& ejus serum, lythargyrium, malva,
oligonati radix, scabiosa, balnea
uæque naturalia moderatè calida.

Exherbis fiunt decoctiones pro-

otionibus & balneis...

Ex alijs varia componuntur tum d faciei nitorem & delendas maulas, tum ad scabiem & pruritum.

Pro facie abluenda & dealbandis manibus singulariter conferunt: a-mygd. amar. vel nuclei persicor. contusi & cum lacte ad pulmenti. formam redacti.

Irem farina fabar, cum sero lactis subacta ad liquidi linamenti consi-

stentian.

Panis ex hordei farina cum lacte pictus mediocriter coctus & calens blande affrictus.

Celebratur quoque lac virginis: appellatum, quod fit ex una parte lythargyrij thargyrij & duplo aceti, Miscentun agitantur ac per tres horas maceram tur, postea filtrato aceto infunditur aq. pluvialis aut sontana in qui parum salis solutum sit.

Omnium præstantissimum com meticum hujus generis est quod

By Entalium. Matrisperlar.an.p.e.

Terantur crasso modo tum F. S. S. S. cum aciditate limonis & reportantur in loco humido donec li quescant & liquor per se usurpetum vel destillatus per filtrum aut B. Mi

Adpruritum & scabiem autem ob-

By Lythargyr. aurei trit. & cribrat. Ziij. Aq. Rosar. Ol. Communis. (præstat rosac.) an, Ziiij.

Instilletur aqua prius sensim & sensim agitando continuo in mortario pistillo ligneo, donec pulviss totam

D.IOANNIS PRÆVOTII. 165
am aquam absorpserit, eique
be commixtus suerit, tum adde
um sensim & sensim semper agido usq; ad probam commixtion, vel,

Butyrirecent. Zij.

Rad. Oxylapati cocta & per setaceum transmissa.

Ol. Communis

Suc. Limonum.an.3j.

Bacc. Lauri in tenuis. pulv, trit. & cribrat. Zij.

Milc.F.Linementum.S.A.

Potest omitti succus limonum, nilo imminuta copositi facultate.

Mediocriter detergunt: pro lotionus & balneis: Aqua marina, aquermalis, falsa, nitrosa, aluminourina pueri sani, ros majalis, sucs agrestæ, sapo albus, decoctum arici, radices Arundinis, hederæ
uralis, supinorum, vitis nigræ,
nododentri.

Pro illitionibus resinæ omnes mame Larycina & Therebinthina, lachryma chrymaabietina, myrrha, samlb di cortex medianus, cornu capra du stum, os sæpiæ ustum, Tabacum cens, sal communis, cinis.

Ex his aliqua parantur usu cco probata cum ad scabiem tum acd

cicimaculas...

Adscabiem:

Fol. oleand. pulv. & cribb

Sal commun. 3j.

Butyr. Ziß. Misc. F. Linim

Vel.

By Fol. Tabac. M.j.

Oleand.

Lauri.an. M. S.

Butyr. Ziij ..

Contundantur in mortario de nec omnia probe misceantur trusta liquescant super prunas, siatque o pressio fortis.

Wel. By Baccar Laur.

Ciner. Salis.an. 3j.

D. IOANNIS PRÆVOTII. Ol. communis Ziij. Cera Zij. Misc. F. linimen-Be Resin Laricin aut therebint. Butyr. recent. 3j. Ole. Laur. Suc. Limon.an. 38. Sapiaust. vel. Cerussaut Lytharg. 3j. Sal. comm. Dij. Misc. F. Linimentum. el. Be Corric mediane sambuci. Fol. Tabac.an. M.B. Ol. comm. Ziij. Coquantur lento igne ad conmpt. humiditat (cujus signum est, oleum igni injectum flammam ilacoconcipiat absque crepitu.) fata expressione, & colaturæadde Myrrhasubtiliss.pulv.Zij. Ceraflav. 3jis. Misc. F. Linimentum. Hic quoque lapis sequens si coneniente liquore dissolvatur & inde lave168 MEDICINA PAUPERUM lavetur locus affectus, scabieim impetiginem tollit, &

Alum.rup.zjß.

Lytharg.aur.ziij.

Borac.Officin.

Sal.marin.

Cerus.an.zj.

Acet.opt.tb.j.

Ag.pluvial.tb.s.

Cerussa & lythargyrium terantu & cribrentur, tum Coq, in olla no vitreata ad lapideam consistentu am.

Ad faciei maculas.

Re Rorismajal. per filtrum filtrant. 15.ij.

Suc.agresta vel Limon. vel Arantior.acid. 15.j.

Rad. lilior. alb.

Polygonat.an. Zij.

F. infusio per dies in fimo equinco vase bene clauso, tum ejus dem fimilia calore destillentur pro lotione sacciei.

Vell

D.IO ANNIS PRÆVOTIL 1. By Saponis albirore majal. aut acetoin spumum soluti.Zij. Farin. Lupinor. 38. Miscagita diligenter coque lento. ne, decoque ad mediocrem contentiam, postea adde Re Ol. enucleis persicor. Ziij. Misc. & coq. adlentum calorem

unguenti consistentiam, quoliantur manus & facies ante decurum, manè v. abluatur decoctione

furum.

Valenter detergunt pro balneis Motionibus, thermæ sulphureæ de-& rad. bryoniæ, ellebo: nigr. cenir. minor. saponariæ. rad. Enulæ, æsertim addito salis & aluminis omento.

Pro Epithemate aqua calcis vi-

Pro Illitionibus, borax officinar. trum, sulphur, sapo niger, cinis rmentitius, calx optime lota, pularad. enulæ. ol. Tartari.

Ex

100 MEDICINA PAVPERVM

Ex his quædam componuntur un tillistima usuque compertissima.

Adscabiem crustosam & leprosau incantamento similem esse ait IA matus Lusitanus hoc unquentum quod

P. Enulain acet. acerr. coct. (c. persetac.transmis.Zij.
Butyrisaliti.
Resin. Laricin. aut therebintill an. Zs.
Salis comm. opt. triti Dij.
Sulphuris Zj. Misc. pro ungurento.

Vel. By Sulphur. vivi. Zij.
Ciner. Jarment.
Sal. comm. trit. an. Zj.

Ligentur in syndone rara & bullliant in

Acet. vel succi limon. Zj.

Coq. ad humid. consumpt. & hoc globulo calido ungatur para scabiosa.

Vec

D.Iohannis Pravotti. in itel, Be Sulphur. Viui. 3B.
Ol. Communis žiij. dissolutur, dein adde
Sal. triti
Ciner. opt. cribrat. an. 3j.
Cerapar. Misc. F. Linimëtum.
Pro Lotione
Be Alum. rupei
Sal Communis

Alum rupei
Sal Communis
Sulphur trit.an. Zj.
Sapon nigr. Zjß.
Hord. M.j.
Acet alb. H. B.
Aq. communis H. vj.

Bulliant ad consumpt. medietat.

& ficta Colatura serua.

Ad maculas curis.

Borac. Zij.

Coq.ad spissitudinem, deinadde Re Cortic.fabar.subtilis.puluerisat. 38.

Ol.nucleor. perficor. Ziij.

Misc.diligenter usq; ad probam mionem & F, Siponea.

F Lo-

172; MEDICINA PAUPERUM

Loco decli olci sumi potest Ola

communis Zij. Ol. Tartar. Zj.

Misce & vngatur locus mane &: vesperi, abluatur cutis aliqua ex dictis decoctionibus.

Hujus generis est sapo, quo mulieres utuntur Venetæ ad manuum, faciei & capillorum decorem. Compositio autem est quæ

Re Sapon Damasc. Ziiij.

F. Solutio in succo Limon, q. s. postea adde

By Ol. amygd.dul. Tartari. an. Zij.

Stent ad solem & quotidie agitentur, done e materia inspisserur ad unguenti consistentiam: hoc inungitur locus & abluitur deinde decoctio hordei velfusfurum.

Antiqua macula & Vitiligines tollütur aq, calcis vivæ facta cum sero lactis, quo locus defædatus sæpe attingatur, tum ablata pellicula restituatur unguent de lythargirio inter debiliter detergentia descripto.

Hoc

Hoc remedio tanquam summo ecreto usus quidam magni nominis vir, maximam internobiles matrones pecuniæ vim corrosit.

DURITIEM EMOLlientia.

Qumuis induratus humorfola emollitione emendari videarur, non tamen ejus de quævis remedia postulat, nam frigidi & sicci humores concretione indurati, calefacientibus tantum sine insigni sicciate funduntur, quæ propriè emolli-

Lac verò & sanguis quando in rumos vertuntur & concrescunt, in id patiantur proprij caloris defectu, arque calefacientia insigniter un attenuantia & incidentia postu-

Denique lac caseosum essectum rigida & humida requirit cum aliqua partium tenuitate, quia validus F 2 calor

calor serum à crassiori parte separas lacin caseum vertit.

duplicis sunt generis: alia conveniunt tumoribus scirrhosis, quæ nonnihil validiora sunt, fusamque materiam discutiunt: Alia mitiora sunt, convenientia humoribus induratis absque insigni infarctu & copia materiæ, quoru usus etiam in Scirrhosis assectibus præcedere debetsortia emollientia, ut quod concretuest sacilius sundatur tutius q; discutiatur.

Mitia sunt alth. borrag. bugloss. branc.urs.fænugr.liquirit.sem. lini, lili.alb.malva.melilot.passulæ.

Exhis sieri possunt decoctiones, syrupi & electuaria pro usibus internis ingrediuntur quoque externa somenta, unguenta & cataplasmata que potissimum parantur ex butyro, adipe quoque recenti; sed maxime humani & taxi, cera nova, medulla quadrupedu, Oesypo, Oleo comuni bene maturo, savo & mucilaginib. althæ.malvæ. sænugræe, ac sem, lini.

D. JOHANNIS PRÆVOTITA Fomentis peculiariter inserviunt lana succida, lanarum proprièlatura & hydræleum tepidum. Composita facile parabilia erunt. hujusmodi. Pro Illitione. Be Rad. lilior. alb. Malve. Altha.an.Zj. Camomel.vel Aneth.M.j. Vinialbi. Ziiij. Ol. communis bene matur. Z viij Coq.adconsumpt.humidat. & F. Expressio cum colatura. Vel Be Mucilag. sem. lin. Rad.alth.an.3j. Medul.bubul. Butyr.recent.an.Zj. Ol.communis Ziij. Ceranoua Ziij. Misc. F. Unguent. Pro Cataplasmate. Be Rad lilior alb. 31. fol. Malya. M.j. Coq.

1716 MEDICINA PAUPERUM

Coq leniter deinde eum Butyr:, recent. Zij. fundantur & F. Catapla I... ma.

Vel Be Rad.alth. coîta & per setaci. transmis.Zij.

Far melilot.

Sem. Lini an. Ziß.

Rad.lilior.alb 318.

Medull.bubul. 31. Ol.communis Ziij.

Decoct. Malvar. q. f. F. Cata.

plasma.

Valentia sunt sequetia quæ omniaa exterius usurpātut excepto croco & rad, smilac.asperæ, quæ cum salsa partilla Indorum virtute sortè & specie covenit. Alia vix administratur solaa sed permixta mitiorib, emollientib.

Fomentisergo addantur rad.bryon. cyclam. cucumeris alinini & iridisrecentis, quorum decoctione par
raturefficax suffumigium, extincto
lapide pyrite aut molari: Aq. Thermalis bituminosa per se inservit somentis & balneis.

Prop

D.IOHANNIS PRÆVOTII. 1717
Pro Illitionibus conferunt adeps anserinus, ceruinus, oleum è nucibus
expressum, amurca, petroleum.

Emplastris addunt sæpe rad. hyacinthi, narcissi, fol. Tabaci recentis

& flores iridis.

Per le Emplastri vicem gerunt luta bituminosa, stercus bubulum precipue cum amurca subactum, caseus antiquus cum jure carnis salitæsubactus.

Ceratis adduntur pix arida, relis na, colophonia, bitumen; lapis gagates & ammoniacum, quod per le ceratum exhibet aceto forti dillolu-

tum.

Exhis varia ex tempore componentur ad scirrhos efficacia medicamenta. E.G.

Pro Illitione.

Be Rad.oyclam.
Cucum.agrest.an.38.
Lilior.alb.3j.
Herb.Camomill.
Tabacirecent an.M.j.

4

Fol.

128 MEDICINA PAUPERUM

Fol.Laureola M. B.
Ol.communistb.j.
Vini albi.Ziiij.
Aceti.Zij.

Coq. lento igne ad consumptio. medietat.& F Expressio cum cola.

Cataplasma,

P Capa candida in aceto cocta 3j.

Flor. Irid. purpur, in vino alb. macecerat. P.j.

Adip. Anserin. 38.

Exomnibus simul contusis F. Ca-

taplasma.

Sunt qui ceratum ex sola pice alba, quam Burgundiacam vocant, pro secreto habent & ammoniaco, præferunt.

Sanguinis grumu dissolvunt & impediut, acetum, posca, oxymelsimplex, decoct, aristoloch. rot. calaminth.sature.thymi, Corric.nucum.
viridium.

Fiunt tamen validiores decoctiones ex posca, ut coagulum leporis ad Zj. ex posca bibitum.

Ex-

D. IOHANNIS PRAVOTII. 1719

Extemporaneum optimumque remedium fit ex lixivio, aceto, sale & melle hac ratione, ut:

Re Lixivit Ziij... Aceti Zij... Mellis despumat. Zis.. Salis communis Dj...

Misce ad lentum calorem pro-

potu.

Itaque si Oxymel præparetur coquendo mel cum lixivio vsq; ad persectam despumationem siet gratum & essicax remedium;

Lacti grumoso conferunt mitia em ollientia mixta in fomentis quidem cum apio sativo, apio montano, cumino, mentha recenti, & ruta addita: aliqua portione aceti:

In Cataplasmatibus verò cum farina fabarum, lentium, oxymelite:

aut mulsa pro tantillo aceti.

Expertum est hoc sequens somés-

By Fol. Malv: Radialth.

F & Herb.

130 MEDICINA PAUPERUM

Herb.apij sativ.

Apij montan.

Rad.fænic.an. M.j.

Fol.Lauri.

Flor.Chamomill.an.P.j.

Aq.communis lb.vj.
Bulliant ad confumpt. tertiæ partis pro fotu & ablutione mammarum, ex residuo fit optimum Empla-

ProbataRemedia sunt ista sequé-

M Therebinth. sepius lote ex vin. alb.

Ovaintegra. N.iij.

Ceraflap.Zij.

Arum.

Misce F. Ceratum super lineum pannum extendendum relicto soramine ut pupillæ promineant, sugiq; possint,

Vel Be Farin. Fabar. Ziij.
Ol. communis Zij.
Therebinthi Zj.
Vitel. ovor. N. ii
Crosi. Dj.

Cum

D.IOHANNIS PRÆVOTII. 131

Cum decoct one Malvar. & petrosel, sacta exaceto q.s.M.F. Cata-

plasma.

Butyrum quog, recens optime lotum in decoctione Malvarum & mixtum pulvere rad. Malvar. vel Althæ.ad unguenti consistentiam & super solia brassicæ admotum est præstaptissimum remedium ad dolentes & induratas mammas ex cohibito late.

Est & hoc singulare

R. Ol. communis bene maturi.

Cerenova. an p.a.

Misce, tum ter ablute deligenter Aq. ros. & extende super folia brassicæ.

Lacticaseoso eadem conveniunt frigidis & humidis temperata & majori

portione aceti.

Habet tamen aliquam prærogativam Emplastium ex furfuribus aut hordei cum aceto coctis addito tantillo croci.

Item Cataplasma ex farina saba-

132 MEDICINA PAUPERUM rum cum decoctione solani vesicariji exaceto facta, quod efficacissimum. redditur addito coagulo leporino &

butyrorecenti.

Hactenus de corrigentibus qualitatem manifestam causse morbificæ, qualitas occulta cum sizaenenata, & illisinsir, quæ substătia peccant, postulat alexipharmaca, infra recensenda inter remedia opposita: causæ toto genere præter naturam.

MATERIAM PRÆTER. naturam quiescentem moventia.

Eficiens motus eorum, quæ de-finito tempore moventur, à natura contingit potissimum remorantibus menstruis, partui difficili, retentissecundinis & fætui mortuo necnon occacatis hamorrhoidibus innatis, quibus auxiliantur menses. provocantia, partim adjuvantia, secundinas pellentia, fætum mortuu. educentia & provocantia hæmorthoides occaçatas.

MEN-

D. IOHANNIS PRÆVOTII. 133; MENSES MOVENTIA.

languinem fundunt, venaruq; xantorificia, quorum materia cu tè pateat, distinguitur à Galeno in es classes. Mitium, nimiru quoru us est maxime in imminutis mensius: Mediocrium, quæ magis conveiunt suppressis: & Valentium, quæ ktremis casibus & reliquis nihil percientibus; non quidem assumpta er os sed addita pessarijs aut infuncibus.

Pracipua & magis obvia sunt inter miss. Capil. Ven. Cicer, rubr. primum s, juli juglandium, flos Keiri in mbra siccatus, lilia, alb. flos, Melis. wlytrich. quinquefol. Exhis siunt coctiones & syrupi potissimum extra albo aromatico.

Efficacissima autem talia reme-

R. Capil. Q vel polytrich. P.S.. Flor. Keiri siccat. Zj. Vini alb. odor. Zvj.

7 F.In-

144 MEDICINA PAUPERUM

F. Infulio per horas XII. deined levicer bulliant ad consumption. partis. Colaturæ adde Crocigr.iij. M. fee pro potu calido.

Vel Be Nucum jugland. siccar. nu

rancidar.ZB.
Iur.Cicer.rubeor.Ziiij.
Vini albi odorif.Zij.

Coq.ad tertiam partem. Colatu

Croci gr.iij.vel Cinamom.gr.vj. Milc.p.

Usus quoquirequens juglandim creditur à proprietate ciere mensie unde mulieres faciunt utiles places tas & farcturas ex nucibus, fol. pp trosel virentib. & croco.

Exterius pro inunctione hyposes strii sier per in solationem Oleun Keirinum vel liliaceum ex tempco sit Oleum per descensum, rad. I alb. & summitat. aneth. vel cammill.

Mediocria sunt aristol.rot, Artem

D.Iohannis Pravotii. 135
